SYNOPSIS ADMIRABILIS VITAE B.P. JOANNIS Â CRUCE, PRIMI…

Paulus : ab omnibus sanctis, Johann Kaspar Mannasser

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
37 A
40

IX Bz 109 fr



B. IOANNES A CRVCE, primus Discalcéatus Carmelita, mirâ vitæ Sanctitate, ac rarâ doctrinæ ſublimitate, miraculorum gratiâ, ac Prophetiæ dono, prodigiosisq; SANCTORVM in ſac. carne eius apparitioni-bus illustris. Obijt 14. Decemb. Anno 1591.

SYNOPSIS ADMIRABILIS VITÆ B. P. JOANNIS â CRUCE,

Primi Ordinis Fratrum B. MARIÆ Virginis de monte Carmelo Excalceatorum, poſt Seraphicam Virginem TERESIAM Parentis,

â SS. D. N. CLEMENTE X. Beatorum Faſtis adſcripti:

E Tomo ſecundo Annalium ejuſdem Religionis, ac prolixiori Hiſtoria R. P. Hieronymi à S. Joſeph, alioru mquè

DESUMPTA

Per R. P. PAULUM ab omnibus ſanctis, ejuſdem Ordinis Sacerdotem.

Cum Superiorum Facultate.

GRÆCII, apud Hæredes Widmanſtadij.
ANNO M. DC. LXXV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BREVE BEATIFICATIONIS P. JOANNIS â Cruce.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei Memoriam.

SPiritus Domini, qui triumphantem in Cælis Eccleſiam ex vivis lapillis ſecundùm ineffabiles ſapientiæ, bonitatiſq; ſuæ divitias ædificare non ceſſat, præcipuorum quorundam Servorum atq; Electorum ſuorum, quos â conſtitutione mundi in opus ſuum prædeſtinatos, multiformis gratiæ ſuæ chariſmatibus inſtruxit, & exornavit,

ſanctitatem interdum ſignis atq; portentis teſtatam facit, ut quibus immarceſſibilis gloriæ Corona in Cælis à juſto judice donata eſt, debitæ quoq; venerationis cultus in terris impendatur.

Inter hos cùm multipliciter claruerit ſervus DEI JOANNES *de Cruce primus Religionis Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmelo Excalceatorum nuncupatorum Profeſſor, qui ſanctiſſimæ Virginis Tereſiæ ejuſdem Religionis Inſtitutricis veſtigijs ſtudiosè inſiſtens, & præclaros retulit de carne in carne triumphos, & non ſolùm ſocijs ſuis magiſterio, exemploq; ſumma cum laude præluxit, ſed etiam Eccleſiam univerſam ſpiritualium aromatum, quibus eum divina benignitas largiter imbuerat, odore perfudit: dignum arbitramur & congruum, ut Apoſtolicæ ſervitutis noſtræ miniſterio, quod Nos, meritis licet, & Viribus longè impares*

gerere

gerere voluit divina dignatio, illius honori, ad gloriam omnipotentis DEI, ad decus Catholicæ Eccleſiæ, Fideliumq́; ædificationem opportunè conſulatur.

Cum itaq́; ſumma maturitate, diligentiaq́; diſcuſſis, atq́; perpenſis per Congregationem venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſacris Ritibus Præpoſitorum Proceſſibus de Apoſtolicæ ſedis licentia confectis ſuper vitæ ſanctitate, & virtutibus, tàm Theologicis, quàm moralibus in gradu heroico, quibus prædictus DEI Servus JOANNES *de Cruce multipliciter claruiſſe, nec non miraculis, quæ ad ejus interceſſionem, ac ad manifeſtandam mundo illius ſanctitatem, à DEO patrata fuiſſe aſſerebantur, eadem Congregatio, auditis etiam Conſultorum ſuffragiis, coram Nobis conſtituta, unanimiter cenſuerit, poſſe quandocunq́; Nobis videretur, ad ſolemnem ejuſdem*

Servi DEI Canonizationem tutò deveniri; interim verò indulgeri, ut in toto terrarum orbe BEATUS *nuncupetur.*

Hinc eſt, quòd Nos pijs atq; enixis chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Hiſpaniarum Regis Catholici, ac chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ, Marianæ earundem Hiſpaniarum Reginæ Catholicæ Viduæ ejus genitricis, nec non totius Congregationis Fratrum Excalceatorum Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo ſupplicationibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis benignè inclinati, de prædictorum Cardinalium conſilio, & unanimi aſſenſu, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus, ut memoratus DEI Servus JOANNES *de Cruce in poſterum* BEATI *nomine nuncupetur, ejuſq; Corpus, & Reliquiæ venerationi Fidelium (non tamen in Proceſſionibus*

circumferenda) exponantur ; Imagines quoq́; radijs, ſeu ſplendoribus exornentur, ac de eo quotannis die anniverſario felicis ejus obitus recitetur Officium, & Miſſa celebretur de Confeſſore non Pontifice, juxta rubricas Breviarij, & Miſſalis Romani.

Porrò recitationem officij, ac Miſſæ celebrationem hujuſmodi fieri concedimus in locis duntaxat infraſcriptis, videlicet in loco de Hontiveros, ubi dictus Servus DEI natus eſt, in loco de Vbeda, in quo Spiritum Creatori reddidit, & in Civitate Segobienſi, ubi venerabile ejus corpus requieſcit, ab omnibus utriuſq́; ſexus Chriſti fidelibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur, ac in tota Religione prædicta Carmelitarum Excalceatorum, univerſoq́; Ordine ſupradicto Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, tàm Fratrum,

quàm Monialium : & quantùm ad Miſſas attinet, etiam à Sacerdotibus ad Eccleſias Religionis, & Ordinis hujuſmodi reſpectivè confluentibus.

Præterea Primo duntaxat anno à datis hiſce Litteris, & quoad Indias à die quo eædem litteræ illuc pervenerint, inchoando in Eccleſijs locorum, ac Civitatis, Religionis, & Ordinis prædictorum reſpectivè ſolemnia Beatificationis ejuſdem Servi DEI cum Officio, & Miſſa ſub ritu duplici majori die ab Ordinarijs reſpectivè conſtituta, & intra ſex menſes promulganda, poſtquam tamen in Baſilica principis Apoſtolorum de Vrbe celebrata fuerint eadem ſolemnia, quam ad rem diem XXI. Aprilis proximè venturi aſſignamus, pariter celebrandi facimus poteſtatem. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Decretis de non cultu

editis,

editis, cæteriſq; contrariis quibuſcunq;. Volumus autem, ut earundem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu Secretarij prædictæ Congregationis Cardinalium ſubſcriptis, & Sigillo Præfecti ejuſdem Congregationis munitis, eadem prorſus fides ab omnibus, & ubiq;, tàm in judicio quàm extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXV. Ianuarij M. DC. LXXV. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

J. G. Sluſius.

INDEX CAPITUM
ET
PARAGRAPHORUM
Hujus Hiſtoriæ.

CAPUT I. PAtria, parentes & natales B. JOANNIS à Cruce. pag. 1
C. II. Præſenti mortis periculo, à Deipara JOANNES eximitur, ac Crucis ſigno Dæmonem fugat. p. 3
C. III. Pueritia, educatio, & litterarum ſtudia. p. 6
C. IV. In puteum præceps lapſus, à Diva incolumis ſervatur, & cæleſti revelatione de futuris edocetur. p. 7
C. V. Ingreditur antiquiſſimum beatiſſ. Virginis de monte Carmelo Ordinem, & profitetur atq; Salmanticam ad ſtudia Theologica deſtinatur. p. 10
C. VI. Creatur Sacerdos, & in primo, quod obtulit Miſſæ ſacrificio, in gratia confirmatur. p. 12
C. VII. S. M. Tereſia agens de condendis Carmelit. Excalceatorum Cœnobijs, JOANNEM ad hoc inchoandum opus inducit. p. 18
C. VIII. Conditur primum Carmelitarum Diſcal-

Diſcalceatorum Cœnobium: ejus deſcribitur apparatus, & vita, quam in eo duxit B. JOANNES. p. 23
C. IX. Deſignatur, procurante S. Tereſia, Confeſſarius Sanctimonialium ſui Ordinis Abulæ, inſigni illarum profectu, & à DEO prodigijs illuſtratur. p. 29
C. X. Alia miranda Abulæ operatur, maximè in Dæmonibus expellendis aut coërcendis. p. 37
C. XI. Carceri mancipatur, & mirabiliter liberatur. p. 60
C. XII. Indicantur, quæ obivit munia, & quæ fundavit cœnobia. p. 68
C. XIII. Virtutes Theologicæ, quibus mirificè locupletatus fuit. p. 72
§. I. Fides. *ibidem*
§. II. Spes. p. 75
§. III. Charitas. p. 79
C. XIV. Aliæ virtutes heroicæ. p. 84
§. I. Religio. *ibidem*
§. II. Humilitas. p. 95
§. III. Paupertas. p. 99
§. IV. Caſtitas. p. 100
§. V. Patientia. p. 106
§. VI. Pœnitentia ſeu corporis caſtigatio. p. 111
C. XV. Dona Spiritus ſancti, & Gratiæ gratis datæ. p 115
§. I. Donum Sapientiæ, Scientiæ, &c. *ibidem*

§. II. Spiritus Prophetiæ. p. 126
§. III. Diſcretio Spirituum. p. 132
§. IV. Mira in dæmones poteſtas. p. 137
§. V. Gratia ſanitatum. p. 150
C. XVI. Poſtremus Joannis morbus. p. 151
C. XVII. Admirabilis ipſius obitus. p. 154
C. XVIII. Sepultura, corporis effigies & translatio. p. 159
C. XIX. Frequentes ac glorioſæ poſt mortem apparitiones. p. 172
C. XX. Prodigioſæ ſacrar. imaginum in carne B. JOANNIS apparitiones. p 187
C. XXI. Miranda per eas DEUS operatur. 200
C. XXII. Miracula patrata à B. Patre in vita. p. 210
C. XXIII. Miracula poſt mortem.

PRO-

PROLOQUIUM.

HAbuiſſe ſacrum Carmeli Ordinem in prima ſui productione atque origine, velut perfectum fœtum, Patrem ac Matrem tradunt illuſtres Scriptores. Mater (principium potiſſimum ſpiritualis hujus generationis) Deipara fuit Virgo MARIA, licet tunc ſolum præv, ſa & manifeſtata, ſub typo myſterioſæ nubeculæ *3. Reg. C. 18.* de mari aſcendentis; in qua illam multis ante ſæculis, priuſquam naſceretur, magnus DEI vates ac Patriarcha noſter ELIAS coluit, & adoravit; in ejus honorem ſacram & antiquam Religionem ſuam inſtituendo. Hanc ob cauſam ſereniſſima hæc Virgo præcipua Auctrix, Fundatrix ac Patrona hujus Ordinis cenſenda: quod etiam tradunt ac confirmant ſummi Pontifices, SIXTUS IV. in Apoſtolico ſuo diplomate an. 1476.

pro-

§. II. Spiritus Prophetiæ. p. 126
§. III. Diſcretio Spirituum. p. 132
§. IV. Mira in dæmones poteſtas. p. 137
§. V. Gratia ſanitatum. p. 150
C. XVI. Poſtremus Joannis morbus. p. 151
C. XVII. Admirabilis ipſius obitus. p. 154
C. XVIII. Sepultura, corporis effigies & translatio. p. 159
C. XIX. Frequentes ac glorioſæ poſt mortem apparitiones. p. 172
C. XX. Prodigioſæ ſacrar. imaginum in carne B. JOANNIS apparitiones. p 187
C. XXI. Miranda per eas DEUS operatur. 200
C. XXII. Miracula patrata à B. Patre in vita. p. 210
C. XXIII. Miracula poſt mortem.

PRO-

PROLOQUIUM.

HAbuiſſe ſacrum Carmeli Ordinem in prima ſui productione atque origine, velut perfectum fœtum, Patrem ac Matrem tradunt illuſtres Scriptores. Mater (principium potiſſimum ſpiritualis hujus generationis) Deipara fuit Virgo MARIA, licet tunc ſolum præviſa & manifeſtata, ſub typo myſterioſæ nubeculæ *3. Reg. C. 18.* de mari aſcendentis; in qua illam multis ante ſæculis, priuſquam naſceretur, magnus DEI vates ac Patriarcha noſter ELIAS coluit, & adoravit; in ejus honorem ſacram & antiquam Religionem ſuam inſtituendo. Hanc ob cauſam ſereniſſima hæc Virgo præcipua Auctrix, Fundatrix ac Patrona hujus Ordinis cenſenda: quod etiam tradunt ac confirmant ſummi Pontifices, SIXTUS IV. in Apoſtolico ſuo diplomate an. 1476. pro-

promulgato, his verbis: *Dum attenta meditatione penſamus, quod Virgo venuſtiſſima & omnium virtutum floribus inſignita &c. quæ D. N. JESVM Chriſtum ineffabili ſancti Spiritus cooperante virtute genuit, produxitq́ ſacrum Ordinem B. MARIÆ de monte Carmeli &c.* Et *Gregorius XIII.* in Bulla incipiente, *Vt laudes*, an. 1577. data: *Sacrum*, inquit, *Ordinem ſub invocatione Beatæ MARIÆ de monte Carmelo, quem eadem Virgo venuſtiſſima & omnium virtutum floribus inſignita edidit, proprijq́ nominis titulo inſignivit &c.* Ex alijs compluribus Authoribus, idem aſtruentibus, lubet duos ſolum audire, unum antiquiorem, recentiorem alterum; *Arnoldum* ſcilicet *Boſtium*, & *Laurentium Chryſogonum*, Societatis JESU; celebres ambo Scriptores.

Hic in *Mundi Mariani* 1. Parte Diſcurſu 17. n. 49. *Inter Religioſorum*, inquit, *Ordines primum ac præcipuum in Eccleſiæ Viridario manu ſacroſanctâ Virginis Deiparæ conſitos, meritò numerandum cenſuerim, ſanctam ac venerabilem*

Patrum

Patrum Carmelitarum Religionem, quam ſicut ipſa Virgo plantavit, ſic etiam peculiari ſemper pietatis benevolentiaq; affectu proſecuta eſt &c. Et relatis poſtmodum prædictis *Sixti IV.* & *Gregorij XIII.* verbis ſubdit hæc: *Nec refert, quod ſanctus* ELIAS *Propheta hujus Religionis perhibeatur Fundator; hæc enim ille nomine Beatæ Virginis jecit fundamenta, tunc cum in latere montis Carmeli* 3. Reg. 18. v. 44. *nubeculam parvam quaſi veſtigium hominis aſcendentem de mari, contemplatus eſt. Cum enim nubecula illa communi Patrum aſſeveratione Deiparæ typus eſſet, ac imago, divina revelatione ſine dubio intellexit, illam montem Carmelum peculiariter ſibi deſtinaſſe, velut futuri ſui Ordinis ſedem, dilectiſſimumq; domicilium, imò hortum ac paradiſum ſuarum plantationum, quem ipſa, velut fœcunda nubes divinæ gratiæ imbribus plena, ac gravida, irroraret, ac fœcundaret, & ab aſtu mundi, carniſq; cupiditatum, nec non Satanæ impugnationibus protegeret.* Et Diſcurſ. *22.* n. 139. *Verè ſacræ Religiones, ac præſertim*

illæ

illæ, quarum Auctrix ac Fundatrix eſt Deipara, quales ſunt ſacer Ordo Carmelitanus &c. ſunt amæniſſimi Paradiſi, & cæleſtis Regis ac Reginæ Viridaria &c. Hæc Chryſogonus.

Boſtius verò *libro de patronatu Virginis Cap. 2.* poſt luculentum de his diſcurſum concludit inquiens: *Ea propter Legislatrix* ELIAE *MARIA, & totius Carmeli Cœtus Legislatrix Fundatrixq́ʒ primaria ritè dicitur.* His Boſtij verbis adductis ſubijcit P. Lezana in ſua *MARIA Patrona* Cap. 3. n. 6. hæc: *quod alij moderni, tum exteri, tum noſtri uno ore recipiunt.*

Patrem hujus Religionis extitiſſe prodigioſum ſanctiſſimumq́ue DEI Prophetam ELIAM, ardentiſſimum divinæ gloriæ Zelatorem, Oraculorum ejus vocem, Oſtentum potentiæ, *populi*, ut ait Chryſoſtomus, *Rectorem, Gubernatorem ſacrorum, Moderatorem diſcrepantium voluntatum. Iſraelis Aurigam,* inter flammas natum eiſq́ue cibatum, igneo curru in cælum ſublatum, qui venturus in fine mundi, præceſſurus Chri-

ſtum,

ſtum, annuntiaturus ultimum ejus adventum, cum magnis virtutibus prodigijsque ſignorum, propugnaturus Eccleſiam, cladem magnam illaturus regno Antichriſti; hunc inquam ELIAM Carmeli Ordinis fuiſſe Patrem & Auctorem, *eſt* (ut docet celeberrimus ille Societatis JESU, noſtræque ætatis Theologus, Franciſcus Suarez *Tom. 4. de Religione Tractat. 9. Lib. 2. Cap. 10.*) *valde recepta & ſatis antiqua traditio &c. quam ut veram ſuſcipimus. Imo* (ut Gaſpar Sanchez ejuſdem Soc. clariſſimus divinarum Litterarum interpres, in *Cap 17. Lib. 3. Reg. n 12.* affirmat) *non ſolum illius* (Carmeli) *Ordinis, ſed & omnium penè gentium conſtans & perpetua traditio.* CLEMENS quoque VIII (ut ſex alios à P. Suarez alijſque citatos Pontifices tranſeam) in *Litteris Apoſtolicis* an. 1604. ad Regem Perſarum datis, ſic proloquitur de Ordinis hujus origine: *Habuerunt olim Religionis hujus profeſſores, ſicut à Romanis Pontificibus, prædeceſſoribus noſtris memoriæ proditum eſt, ſui inſtituti Auctores ſanctos*

Pro-

Prophetas E L I A M *&* E L I S E V M, *omnibus nationibus & gentibus notos &c.* qui etiam ſimilia habet in Bulla incipiente, *In Apoſtolicæ dignitatis*, & in alia, cujus initium, *Dominici Gregis.* Talibus Progenitoribus Parentibuſque nata fuit ac procreata ſacra Carmeli Familia.

Haud diſſimili ratione hæc habuit Religio, in ſua regeneratione ac reſtauratione, in Hiſpanijs ſuperiori ſæculo renata ac renovata, ſuum quoquè Patrem ac Matrem. Matris (præcipuum quoquè hujus regenerationis principium) munere functa fuit clariſſima Virgo ac ſeraphica mater T e r e s i a de J E S U, viva & abſoluta diviniſſimæ illius Virginis-Matris imago, quæ ſalvo & illibato virginitatis flore, fœcunda, ac Genitrix D E I effecta fuit, & Ter e s i a quoquè intemerata manens Virgo, innumeros Christo ſponſo ſuo filios peperit.

Patris munus in hujus Ordinis regeneratione obijt alter E l i a s, in cujus venit *ſpiritu & virtute*, ut primus præcur-

curſor JOANNES, munitus ardenti honoris divini zelo, imbutus rigidiſſimæ pœnitentiæ ſpiritu, raptus ſeraphici amoris flammis in cælum. Fuit hic beatiſſimus P. JOANNES à Cruce, reſtaurati Carmeli decus & gloria, Magiſter, Dux & Anteſignanus Excalceatorum. Fuerit licet ipſe ſpiritualis etiam filius, & primogenitus quidem, S. Matris TERESIÆ, extitit tamen ſimul Pater Fratrum ſuorum, quia in vita illos ſpiritus Carmelo-Mariani aluit, educavit, ſuſtentavit, & in primæva Religionis Elianæ perfectione informavit, inſtituit, ac perfecit. Sic in ſacris Paginis *Frater*, qui germanum fratrem educavit, *Pater* ejus nuncupatur; ut in *Ner* reſpectu *Cis*, alijſque ſimilibus, benè advertit, maximus Eccleſiæ Doctor Hieronymus, in *Quæſtion. Hebr. ſup. lib. 1. Paralip. Cap. 9. & 11.* exponendo titulum *Patris*, quem talibus ſacra tribuit Hiſtoria, dicens: *Ner genuit Cis, non quod eum genuerit, ſed quod eum educaverit, genuiſſe eum dicitur.* Hunc ritum nos æmulando, jure JOANNEM noſtrum

Patrem

INDEX CAPITUM ET PARAGRAPHORUM

Hujus Hiſtoriæ.

CAPUT I. PAtria, parentes & natales B. JOANNIS à Cruce. pag. 1
C. II. Præſenti mortis periculo, à Deipara JOANNES eximitur, ac Crucis ſigno Dæmonem fugat. p. 3
C. III. Pueritia, educatio, & litterarum ſtudia. p. 6
C. IV. In puteum præceps lapſus, à Diva incolumis ſervatur, & cæleſti revelatione de futuris edocetur. p. 7
C. V. Ingreditur antiquiſſimum beatiſſ. Virginis de monte Carmelo Ordinem, & profitetur atq; Salmanticam ad ſtudia Theologica deſtinatur. p. 10
C. VI. Creatur Sacerdos, & in primo, quod obtulit Miſſæ ſacrificio, in gratia confirmatur. p. 12
C. VII. S. M. Tereſia agens de condendis Carmelit. Excalceatorum Cœnobijs, JOANNEM ad hoc inchoandum opus inducit. p. 18
C. VIII. Conditur primum Carmelitarum Diſcal-

Diſcalceatorum Cœnobium: ejus deſcribitur apparatus, & vita, quam in eo duxit B. JOANNES. p. 23
C. IX. Deſignatur, procurante S. Tereſia, Confeſſarius Sanctimonialium ſui Ordinis Abulæ, inſigni illarum profectu, & à DEO prodigijs illuſtratur. p. 29
C. X. Alia miranda Abulæ operatur, maximè in Dæmonibus expellendis aut coërcendis. p. 37
C. XI. Carceri mancipatur, & mirabiliter liberatur. p. 60
C. XII. Indicantur, quæ obivit munia, & quæ fundavit cœnobia. p. 68
C. XIII. Virtutes Theologicæ, quibus mirificè locupletatus fuit. p. 72
§. I. Fides. *ibidem*
§. II. Spes. p. 75
§. III. Charitas. p. 79
C. XIV. Aliæ virtutes heroicæ. p. 84
§. I. Religio. *ibidem*
§. II. Humilitas. p. 95
§. III. Paupertas. p. 99
§. IV. Caſtitas. p. 100
§. V. Patientia. p. 106
§. VI. Pœnitentia ſeu corporis caſtigatio. p. 111
C. XV. Dona Spiritus ſancti, & Gratiæ gratis datæ. p 115
§. I. Donum Sapientiæ, Scientiæ, &c. *ibidem*

)(6 §. II.

§. II. Spiritus Prophetiæ. p. 126
§. III. Diſcretio Spirituum. p. 132
§. IV. Mira in dæmones poteſtas. p. 137
§. V. Gratia ſanitatum. p. 150
C. XVI. Poſtremus Joannis morbus. p. 151
C. XVII. Admirabilis ipſius obitus. p. 154
C. XVIII. Sepultura, corporis effigies & translatio. p. 159
C. XIX. Frequentes ac glorioſæ poſt mortem apparitiones. p. 172
C. XX. Prodigioſæ ſacrar. imaginum in carne B. JOANNIS apparitiones. p 187
C. XXI. Miranda per eas DEUS operatur. 200
C. XXII. Miracula patrata à B. Patre in vita. p. 210
C. XXIII. Miracula poſt mortem.

PRO-

PROLOQUIUM.

HAbuiſſe ſacrum Carmeli Ordinem in prima ſui productione atque origine, velut perſectum fœtum, Patrem ac Matrem tradunt illuſtres Scriptores. Mater (principium potiſſimum ſpiritualis hujus generationis) Deipara fuit Virgo MARIA, licet tunc ſolum præviſa & manifeſtata, ſub typo myſterioſæ nubeculæ *3. Reg. C. 18.* de mari aſcendentis; in qua illam multis ante ſæculis, priuſquam naſceretur, magnus DEI vates ac Patriarcha noſter ELIAS coluit, & adoravit; in ejus honorem ſacram & antiquam Religionem ſuam inſtituendo. Hanc ob cauſam ſereniſſima hæc Virgo præcipua Auctrix, Fundatrix ac Patrona hujus Ordinis cenſenda: quod etiam tradunt ac confirmant ſummi Pontifices, SIXTUS IV. in Apoſtolico ſuo diplomate an. 1476.

pro-

promulgato, his verbis: *Dum attenta meditatione penſamus, quod Virgo venuſtiſſima & omnium virtutum floribus inſignita &c. quæ D. N. JESUM Chriſtum ineffabili ſancti Spiritus cooperante virtute genuit, produxitq́ſ ſacrum Ordinem B. MARIÆ de monte Carmeli &c.* Et *Gregorius XIII.* in Bulla incipiente, *Ut laudes*, an. 1577. data: *Sacrum*, inquit, *Ordinem ſub invocatione Beatæ MARIÆ de monte Carmelo, quem eadem Virgo venuſtiſſima & omnium virtutum floribus inſignita edidit, proprijq́ſ nominis titulo inſignivit &c.* Ex alijs compluribus Authoribus, idem aſtruentibus, lubet duos ſolum audire, unum antiquiorem, recentiorem alterum; *Arnoldum* ſcilicet *Boſtium*, & *Laurentium Chryſogonum*, Societatis JESU; celebres ambo Scriptores.

Hic in *Mundi Mariani* 1. Parte Diſcurſu 17. n. 49. *Inter Religioſorum*, inquit, *Ordines primum ac præcipuum in Eccleſiæ Viridario manu ſacroſanctâ Virginis Deiparæ conſitos, meritò numerandum cenſuerim, ſanctam ac venerabilem*

Patrum

Patrum Carmelitarum Religionem, quam ſicut ipſa Virgo plantavit, ſic etiam peculiari ſemper pietatis benevolentiaq́ affectu proſecuta eſt &c. Et relatis poſtmodum prædictis *Sixti IV.* & *Gregorij XIII.* verbis ſubdit hæc: *Nec refert, quod ſanctus* Elias *Propheta hujus Religionis perhibeatur Fundator; hac enim ille nomine Beatæ Virginis jecit fundamenta, tunc cum in latere montis Carmeli* 3. Reg. 18. v. 44. *nubeculam parvam quaſi veſtigium hominis aſcendentem de mari, contemplatus eſt. Cum enim nubecula illa communi Patrum aſſeveratione Deiparæ typus eſſet, ac imago, divina revelatione ſine dubio intellexit, illam montem Carmelum peculiariter ſibi deſtinaſſe, velut futuri ſui Ordinis ſedem, dilectiſſimumq́ domicilium, imò hortum ac paradiſum ſuarum plantationum, quem ipſa, velut fœcunda nubes divinæ gratiæ imbribus plena, ac gravida, irroraret, ac fœcundaret, & ab æſtu mundi, carniſq́ cupiditatum, nec non Satanæ impugnationibus protegeret.* Et Diſcurſ. 22. n. 139. *Verè ſacræ Religiones, ac præſertim*

illa, quarum Auctrix ac Fundatrix eſt Deipara, quales ſunt ſacer Ordo Carmelitanus &c. ſunt amæniſſimi Paradiſi, & cæleſtis Regis ac Reginæ Viridaria &c. Hæc Chryſogonus.

Boſtius verò *libro de patronatu Virginis Cap. 2* poſt luculentum de his diſcurſum concludit inquiens: *Ea propter Legislatrix* ELIAE *MARIA, & totius Carmeli Cœtus Legislatrix Fundatrixq́ primaria ritè dicitur.* His Boſtij verbis adductis ſubijcit P. Lezana in ſua *MARIA Patrona* Cap. 3. n. 6. hæc: *quod alij moderni, tum exteri, tum noſtri uno ore recipiunt.*

Patrem hujus Religionis extitiſſe prodigioſum ſanctiſſimumq́ue DEI Prophetam ELIAM, ardentiſſimum divinæ gloriæ Zelatorem, Oraculorum ejus vocem, Oſtentum potentiæ, *populi*, ut ait Chryſoſtomus, *Rectorem, Gubernatorem ſacrorum, Moderatorem diſcrepantium voluntatum. Iſraelis Aurigam*, inter flammas natum eiſq́ue cibatum, igneo curru in cælum ſublatum, qui venturus in fine mundi, præceſſurus Chriſtum,

ſtum, annuntiaturus ultimum ejus adventum, cum magnis virtutibus prodigijsque ſignorum, propugnaturus Eccleſiam, cladem magnam illaturus regno Antichriſti; hunc inquam ELIAM Carmeli Ordinis fuiſſe Patrem & Auctorem, *eſt* (ut docet celeberrimus ille Societatis JESU, noſtræque ætatis Theologus, Franciſcus Suarez *Tom. 4. de Religione Tractat. 9. Lib. 2. Cap. 10.*) *valde recepta & ſatis antiqua traditio &c. quam ut veram ſuſcipimus. Imo* (ut Gaſpar Sanchez ejuſdem Soc. clariſſimus divinarum Litterarum interpres, in *Cap 17. Lib. 3. Reg. n 12.* affirmat) *non ſolum illius* (Carmeli) *Ordinis, ſed & omnium penè gentium conſtans & perpetua traditio.* CLEMENS quoque VIII (ut ſex alios à P. Suarez alijſque citatos Pontifices tranſeam) in *Litteris Apoſtolicis* an. 1604. ad Regem Perſarum datis, ſic proloquitur de Ordinis hujus origine: *Habuerunt olim Religionis hujus profeſſores, ſicut à Romanis Pontificibus, prædeceſſoribus noſtris memoriæ proditum eſt, ſui inſtituti Auctores ſanctos*

Pro-

Prophetas E L I A M *&* E L I S E V M, *omnibus nationibus & gentibus notos &c.* qui etiam ſimilia habet in Bulla incipiente, *In Apoſtolicæ dignitatis*, & in alia, cujus initium, *Dominici Gregis.* Talibus Progenitoribus Parentibuſque nata fuit ac procreata ſacra Carmeli Familia.

Haud diſſimili ratione hæc habuit Religio, in ſua regeneratione ac reſtauratione, in Hiſpanijs ſuperiori ſæculo renata ac renovata, ſuum quoquè Patrem ac Matrem. Matris (præcipuum quoquè hujus regenerationis principium) munere functa fuit clariſſima Virgo ac ſeraphica mater TERESIA de JESU, viva & abſoluta diviniſſimæ illius Virginis-Matris imago, quæ ſalvo & illibato virginitatis flore, fœcunda, ac Genitrix DEI effecta fuit, & TERESIA quoquè intemerata manens Virgo, innumeros CHRISTO ſponſo ſuo filios peperit.

Patris munus in hujus Ordinis regeneratione obijt alter ELIAS, in cujus venit *ſpiritu & virtute*, ut primus præcur-

curſor JOANNES, munitus ardenti honoris divini zelo, imbutus rigidiſſimæ pœnitentiæ ſpiritu, raptus ſeraphici amoris flammis in cælum. Fuit hic beatiſſimus P. JOANNES à Cruce, reſtaurati Carmeli decus & gloria, Magiſter, Dux & Anteſignanus Excalceatorum. Fuerit licet ipſe ſpiritualis etiam filius, & primogenitus quidem, S. Matris TERESIÆ, extitit tamen ſimul Pater Fratrum ſuorum, quia in vita illos ſpiritus Carmelo-Mariani aluit, educavit, ſuſtentavit, & in primæva Religionis Elianæ perfectione informavit, inſtituit, ac perfecit. Sic in ſacris Paginis *Frater*, qui germanum fratrem educavit, *Pater* ejus nuncupatur; ut in *Ner* reſpectu *Cis*, alijſque ſimilibus, benè advertit, maximus Eccleſiæ Doctor Hieronymus, in *Quæſtion. Hebr. ſup. lib. 1. Paralip. Cap. 9. & 11.* exponendo titulum *Patris*, quem talibus ſacra tribuit Hiſtoria, dicens: *Ner genuit Cis, non quod eum genuerit, ſed quod eum educaverit, genuiſſe eum dicitur.* Hunc ritum nos æmulando, jure JOANNEM noſtrum

Patrem

Patrem appellare poterimus, S. Matris noſtræ TERESIÆ primogenitum, germanumque Fratrem omnium Discalceatorum, illius Filiorum, ob jam dictam educationis & inſtructionis rationem. Inſtituit quidem & informavit TERESIA, ut communis Mater & Fundatrix verbo & exemplo JOANNEM, & in ipſo omnes ſuos poſteros, in ſanctimoniâ vitæquè perfectione, à ſe in Carmelo cælitùs introducta, quantum permittebat muliebris conditio, non potuit tamen immediatè ac perſonaliter hoc præſtare, inter ipſos vivendo, atquè ſe illis exemplar præbendo, ſed talem divinitùs promeruit ac procreavit filium, qui ejus fungeretur vice, in Fratrum ſuorum ſpirituali educatione, munuſquè in eos Patris ac Magiſtri expleret. Potuiſſet quidem meritò admirabilis hic vir, abſolutè & excellenter unici *Fundatoris* discalceatæ Carmelitarum Familiæ titulum gerere, niſi à Chriſti in terris Vicario TERESIÆ, hæc primæ ac præcipuæ ejus *Fundatricis* prærogativa attributa fuiſſet.

Verum

Verùm ne diutius his immoremur; ſufficiat nos indicaſſe, regenerationem ac renovationem Carmelitici inſtituti, in hoc aſſimilari primæ ejus productioni ac generationi, quod cælitùs ſibi conceſſam Matrem ac Patrem habuerit: Matrem TERESIAM Virginem, DEIPARÆ Virginis vices obeuntem: Patrem JOANNEM à Cruce, velut alterum ELIAM, ejuſquè ſanctimoniæ perfectum æmulum: ambos tam ſibi ſimiles quam perfectos ac ſanctos: ambos vitæ innocentiſſimæ, numquam lethalis labe peccati contaminatæ: ambos Virgines integerrimas, adeò puras, ut ſua etiam præſentia ac converſatione puritatem alijs communicarent: ambos cæleſtis Doctrinæ incomparabiles Magiſtros: ambos myſticæ Theologiæ Doctores ac Scriptores ſublimiſſimos: ambos divinis chariſmatibus mirificè dotatos: ambos graviſſimis laboribus pœniſquè aſſiduè exercitos: ambos in vita ac morte cælitùs prodigioſos: ambos deniqué tam ſibi compares, & inter ſe comparatos,

ut unum ſolum ac individuum reſtituti Carmeli principium conſtituant.

Talem extitiſſe (ut nunc miſſas faciamus, Hiſtoriæ ejus cedentes, TERESIÆ excellentias) JOANNEM noſtrum, virum planè Apoſtolicum ac Propheticum, potentem in opere ac ſermone, duplici ELIÆ ſpiritu præditum, vita & doctrina adeò excellentem, ut vita & exemplis præbeat lucem, & doctrina exemplum, luculenter produnt vitæ geſtorumque ejus Hiſtoriographi. Primus, qui ejus conſcripſit vitæ, virtutumquè Hiſtoriam, in tres diſtinctam libros, fuit R. P. *Joſeph à* JESU MARIA; Vir genere, eruditione ac virtute illuſtriſſimus, hæc excuſa fuit primùm Bruxellis anno 1628. idiomate Hiſpano, ac deinde latinè, Italicè ac Gallicè, varijs locis temporibuſque recuſa: ſed quia hæc Hiſtoria myſticis ac ſublimioribus doctrinis atque obſervationibus referta, nonnullis harum imperitis vel ideo minùs placuit, aliam edidit Madriti anno 1641. magis hiſtorialem, libris ſeptem Hiſpanicè etiam, *R. P. Hierony-*

mus à S. Joſeph: quem ſequutus *R. P. Franciſcus à S. MARIA* Hiſtoriographus Generalis Excalceatorum Congregationis Hiſpanicæ, qui *Tom. 2. Analium* ſuæ Congregat. *Lib. 6. 7. & 8.* vitam, virtutes & miracula ejus eleganti calamo proſecutus fuit. Prodijt hic Tomus Hiſpano idiomate Madriti anno 1654. & Italico Bononiæ anno 1662. Demum vitam ejus libris duobus Romæ anno 1673. lingua evulgavit Italica *R. P. Philippus Maria à S. Paulo*, ſacrarum Congregationum Indicis ac Rituum Conſultor; ex his omnibus, ac Proceſſibus à locorum Ordinarijs, authoritate Pontificia, pro ejus Apotheoſi confectis, deſumpta eſt brevis, quàm hic exhibeo, vitæ ejus Synopſis: in qua cum quorundam nondum in Beatorum numerum relatorum elogia obiter aliquando attingam, ea non ſic accipi volo, quaſi diſcuſſa aut firmata Sedis Apoſtolicæ authoritate, neque per ea ſanctitatem alicujus publicare, vel Beatificationi ullo modo præludere, vel opi-

opitulari contendo , ſed omnia juxta Apoſtol. Sac. Congregat. S. Rom. & univerſalis Inquiſitionis anni 1625. & anni 1654. decreta , quæ integrè & inviolatè obſervare intendo , accipienda eſſe, & accipi volo. Hoc tam ſanctè profiteor , quam decet eum , qui S. Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius , & ab illa in omni actione ſua dirigi, cupit.

SYNO-

SYNOPSIS VITÆ B. P. JOANNIS â CRUCE.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPUT I.

Patria, Parentes & Natales B. JOANNIS â CRUCE.

BEatus JOANNES â CRUCE, reſtaurati Carmeli Decus, & poſt S. Virginem TERESIAM, primus Author, & Parens, Hontiverij, quod eſt Caſtellæ veteris in Abulenſi tractu non ignobile oppidum, natus fuit, anno ſalutis humanæ 1542. parentibus *Gondiſalvo de Jepes*, è nobili & perantiqua *Jepeſiorum* familia oriundo, & *Catharina Alvarez* Toletana. Duos habuit fratres germanos, Franciſcum & Ludovicum; hic pueritiæ annos fato concluſit; alter virtutum & dierum

plenus, non ſine inſigni ſanctitatis fama deceſſit Medinæ Campi, ſeptuagenario major, mortis ſuæ præſcius, anno 1607. pridie Kalend. Decembris. Fuit hic tertij Ordinis B. Virg. MARIÆ de monte Carmelo alumnus. Hiſtoriam vitæ & heroicarum virtutum ejus, cæleſtium chariſmatum, revelationum, & prodigiorum, quibus illum uberrimè DEUS locupletavit, conſcripſit idiomate Hiſpano R. P. *Joſeph Velaſcus*, libris quinque, qui iteratò typis prodierunt.

Patre Gondiſalvo vita functo, mater vidua familiam cum prolibus Arevalum tranſtulit; inde Medinam Campi, ubi & ſedem fixit. Cœpit JOANNES ætate adhuc tenera primos virtutis ſuæ flores, tamquam futuræ ſanctitatis indicia, proferre, ad hoc eum impellente, ingenita quadam ad pietatem, & omne genus virtutum propenſione. Templa, imagines ſacras, roſaria, & quidquid conciliandæ devotioni conducit, jam tum in delicijs habuit. Acceſſit cultus divæ Virginis,

nis,cui ſe totum addixit. Porro Deipara clientulum ſuum, materno planè fovens affectu, ſingulare protectionis ſuæ ſpecimen præbuit: quod mox contueri licebit.

CAPUT II.

Præſenti mortis periculo à Deipara Ioannes eximitur, ac Crucis ſigno Dæmonem fugat.

LUdebat fortè, pro more illius ætatis, JOANNES noſter adhuc puerulus, cum coëtaneis ad oram profundioris cujuſdam lacunæ, in quam certatim conijciendo,& mergendo virgulas,mox emergentes receptabant,cum ſuam quoque injeciſſet JOANNES, jamq́ue emergentem conaretur recipere, plus æquo corpuſculum inflexit, ac fallente veſtigio, in lacunam decidit, & in profundum demergitur: & licet ter emerſerit, denuo tamen merſus, aliquandiu non amplius comparuit; unde conterriti colluſores ejus fugam inierunt. Illis recedentibus JOANNES rurſum cæleſti virtute, ſupra aquas at-

tollitur, & ſic ſublevatus hæſit, donec educeretur.

Ut autem ſciret, cujus ope fuerit è profundo ſublevatus, & cujus præſidio ſub aquis manſerit incolumis, viſendum ſe ei præbuit Cælorum Regina, miro ſplendore ac decore amicta, manum ei porrigens, & è lacuna educere volens; quam ille candore columbino non auſus eſt prehendere, ne manibus ſuis, quas cœno habebat fœdatas, candidiſſimas ſpecioſiſſimasque B.mæ Virginis inquinaret. Duravit aliquantum & benigna hujus invitatio, & verecunda illius recuſatio. Acceſſit interim agricola, qui porrecta, quam manu geſtabat, longiori virga, qua apprehenſa, puellus ſalvus eductus fuit. Alij tutelarem Angelum: Alij S. JOSEPH, SS. Virginis Sponſum, fuiſſe ex inſignijs conjectant.

Hujus memoria beneficij mirificè ſemper illum recreabat, vehementerq; ad pietatem in Deiparam incitabat; malignis vero Spiritibus occaſio fuit, apertas exinde vitæ ejus inſidias ſtruendi

endi; ſuſpectus quippe illis erat, tam ſingularis Cælorum Reginæ, erga JOANNEM adhuc infantem, favor, & præmatura illa atque eximia, quæ eo jam tempore in ipſo advertebant pullulare futuræ ſanctimoniæ germina; hinc atrox ſibi ſucceſſu temporis parari bellum, ac cladem magnam caſtris ſuis inferendam præſagire poterant.

Redibat aliquando JOANNES jam ſeptennis, cum fratre ſuo *Franciſco de Yepes* Medinam, & è lacu, quem proximè tranſibat, prodire vidit immane Orci monſtrum, quod hianti rictu Joannem deglutire attentabat: quo conſpecto, non fugit, nec conſternatus exclamavit, ut in ſimili eventu pueri conſuevêre, ſed intrepidus, & fide animatus, edito ſanctæ Crucis ſigno, illud profligavit, & in fugam compulit: ſicque imbellis puellus de ſtygio Principe triumphavit; qui ſimili inferni ſpectro, conſtantiſſimo etiam viro, metum & terrorem incutere, & in fugam convertere potuiſſet.

CAPUT III.

Pueritia, educatio & litterarum ſtudia B. Joannis.

CReſcebat JOANNES virtute magis quam ætate, cujus pretium cum haberet perſpectum, nihil non pati, nihil non moliri geſtijt, quo eam conſequi poſſet. Octennem mater non ſemel reperit palmitum manipulis incubantem, detrahentem ſomno tempus, quod orationi impenderet, alijsque modis tenellum corpuſculum DEI & virtutis amore affligentem.

Aſcitus in Collegium puerorum illius oppidi, ut primis litteris imbueretur, ita ſe geſſit, ut omnium oculos in ſe converteret, nec non morum gravitate, pietate, alijsque virtutibus, cæteris non minus eſſet ſtupori quam exemplo.

Inde à viro nobili, Noſocomij generalis Præfecto, eductus, & ægrorum pauperum miniſterio adhibitus fuit, eo fine, ut præter ſolatium, quod morum ſuavitate, ægris allaturus videbatur.

tur, litteris & eruditione tandem inſtructus, præfatæ domui aliquando eſſet à Sacris.

Caput IV.

In puteum præceps lapſus, à Diva incolumis ſervatur, & Cælesti revelatione de futuris edocetur.

VIx noſocomium ingreſſus fuerat, & ecce novo prodigio, ab impendente jam jam interitu Maria Joannem cælitùs eripuit. Erat in quodam noſocomij atrio puteus admodum profundus, aqua refertus, in ſuperiori parte lignis aut lapidibus non marginatus, in quem aut improviſo caſu, aut fortuitò, puero alio impellente, aut quod veriſimilius, Cacodæmone præcipitante, Joannes præceps decidit.

Accurrunt, clamoribus eorum, qui corruentem viderant, vel audierant, exciti, & quem rebantur ſubmerſum, lætum, aquis ſuperiorem ac ſuperemineutem conſpiciunt; ſciſcitantibus, *quî in profundum decidendo ſuffocatus non fue-*

 ru?

rit? aut quis inde ſublevaverit? aut nunc ſuſtineat, ne rurſus demergatur? Reſpondit non minori animi candore, quam lætitia, *pallio ſpecioſiſſimæ Virginis in ipſo caſu ſe exceptum, ab eaq; ne mergatur ſuſtentari*: atque ita fune demiſſo, cum admiratione omnium, incolumis extractus fuit.

Non pauci tunc, ob hoc prodigium, & raram admodum in tantilla Joannis ætate virtutem, in hæc verba, quæ de Joanne Præcurſore Domini (*Luc. 1. Cap. 1.*) vix nato vicini protulerunt, prorumpentes dixerunt: *Quis putas puer iſte erit? Etenim manus Domini* Deique Parentis etiam cum JOANNE noſtro *erat*.

Dæmones verò alterum hoc aquarum diſcrimen, MARIA opitulante, à puero noſtro ſuperatum, in rabiem egit, & ad acriùs illum infeſtandum concitavit. Formidabant namque, ne ſicut Moyſes infantulus à filia Pharaonis aquis exemptus, à nece ſervatus, & educatus, in Ducem populi Domini ex Ægypto in terram promiſſionis

nis transeuntis aſſumptus fuit ; ita JOANNES noſter ab illuſtriori Principe, Filia ſcilicet æterni Patris ab undis ereptus, ab interitu vindicatus, & in ejus Familia educandus, in Ducem populi quoque electi ac Mariani, è ſæculi hujus Ægypto, per deſertum vitæ religioſæ ac ſolitariæ, per viam mortificationis ac contemplationis ad terram promiſſionis cæleſtis Hieruſalem transmigrantis Anteſignanum ac Ducem crearetur.

Hoc eodem loco Grammaticæ, Rhetoricæ, ac Philoſophiæ operam dedit, maximo profectu : præcipuè verò orationis ſtudium, ad reliqua pietatis exercitia adhibuit, quæ tanto fuerunt in Joanne frequentiora, quanto cumulatiùs indies ſuperna luce ac divinis chariſmatibus locupletabatur.

Frequenter à Domino poſtulabat in viam virtutis, ac Chriſtianæ perfectionis dirigi ; quod cum aliquando enixiùs peteret, hanc in intimo animæ receſſu vocem audijt : *Religioni antiquæ nomen dabis, & priſtinam illius perfe-*

ctionem ſuſcitabis. Exinde ardens eum deſiderium inceſſit, hujus ſtatus profitendi, quamvis quænam hæc eſſet Religio, aut quo eam tempore eſſet ingreſſurus, penitùs ignoraret.

Caput V.

Ingreditur antiquiſſimum beatiſſimæ Virginis de monte Carmelo Ordinem, & profitetur, atq; Salmanticam ad ſtudia Theologica deſtinatur.

Sub hoc tempus Carmelitæ cœnobium ſui Ordinis Medinæ Campi erexêre; quos ut vidit noſter Joannes, Propheticæ illius illuſtrationis innovationem perſenſit, unaque Religioſi ſtatus profitendi efficax deſiderium. nec mora: monaſterium recenter erectum ingreditur, & Religioſa donatur veſte anno 1563. ætatis ſuæ 21. Permovit illum ad hanc præ alijs omnibus amplectendam Religionem, & ſumma ejus antiquitas, quippe à ſanctiſſimo Propheta Elia inſtituta; & ſingularis titulus ac patrocinium

nium DEIPARÆ Virginis, quo inter reliquas omnes præeminet. Hoc congruebat eximiæ devotioni & obligationi ejus erga eandem ſanctiſſimam Virginem : Illud revelationi cælitùs habitæ de ingreſſu in antiquam Religionem.

Probationis annum inſigni fervore ac perfectione auſpicatur, & complet: quo exacto, & emiſſa anno 1564. ſolemni ritu profeſſione, ad Collegium S. Andreæ (nunc à S. TERESIA cognominatum) quod Familia Patrum Carmelitarum de obſervantia Salmanticæ habet, ſtudiorum cauſa deſtinatur; ubi tum Theologiæ, tum virtuti ita operam impendit, ut quamvis in illa plurimum proficeret, in hac tamen maximè excelleret.

Jam inde ab emiſſæ profeſſionis tempore, facultatem à Prælatis obtinuerat, ſervandi rigorem regulæ noſtræ primitivæ, præſcribentis perpetuam à carnibus abſtinentiam, protractum ad ſeptem penè menſes jejunium, aſſiduam orationem, rigidiſſi-

mum ſilentium, continuum cellæ receſſum, arctiſſimam paupertatem, cæteraque omnia, quæ præfatæ regulæ legibus continentur, cujus rigor talis eſt, ut obſervatu impoſſibilis quondam ſit æſtimatus. Verum Joanni noſtro hæc pauca viſa ſunt, & modica, unde alia plura & majora addidit ſupererogationis exercitia; ut in hujus Hiſtoriæ decurſu patebit. Porro ad ea præſtanda, non vulgaria Deus illi conferebat auxilia ac gratias.

Caput VI.

Creatur Sacerdos, & in primo, quod obtulit Miſſæ Sacrificio, in gratia confirmatur.

Confecto jam ſacræ Theologiæ curriculo, & adepto ætatis anno 25. Superiores Joannem, ut verbi Dei prædicatione, & confeſſionibus audiendis ampliùs proximorum ſalutem promovere poſſet, ſacroſancto Presbyteratus Ordine initiandum cenſuerunt. Quo ſublimiſſimo, & Angelica etiam dignitate potiore munere,

re, cum ſe prorſus indignum, cum Aſſiſienſi Seraphino S. Franciſco, æſtimaret, ſuam illis proponens vilitatem, & obtendens inſufficientiam, efflictim rogabat, quatenus permitterent, in humiliori ſe ſtatu, & inferiori gradu manere, ut poſſit meliùs & ſecuriùs Deo & Religioni ſervire. Verum irritæ fuêre illius preces, quantumvis ſupplices & ardentes, & inanes excuſationes, cedendumque fuit Prælati authoritati, ac parendum juſſioni. Sacerdos igitur Salmanticæ anno 1567. ex obedientia factus, ad Primitias celebrandas Medinam Campi remiſſus fuit.

Fruſtra expoſuero, quanta ille cura ad primi Sacrificij oblationem ſe comparare ſtuduerit; debuit namque plus quam ſummâ ab eo fieri, quod à tepidis ac minus perfectis Neomyſtis fit ſummâ. Vivaciſſima fide, profundiſſima humilitate, Angelica puritate, Seraphica charitate ad ſacrum Altare accedere exoptabat, & contendebat. Quam verò divinæ Majeſtati accepta fue-

fuerint hæc ejus ſancta deſideria, pia ſolicitudo ac devota diſpoſitio, prodit abundè ſingulariſſimum planèque admirandum, ſub hoc ipſo primo Sacrificio, ipſi divinitùs collatum, & raro admodum, pauciſſimisque conceſſum donum. Hoc quale fuerit, paucis nunc exponemus.

Nihil ab ineunte rationis uſu, divina illuſtratus gratia, ita abhorrebat, ac formidabat, quam per lethalem culpam à DEO ſeparari: nihil adeo ambiebat, ac deſiderabat, quam validiſſimis charitatis vinculis indiſſolubiliter DEO copulari, atque ita in divino fundari, & firmari amore, ut nullis unquam tentationibus victus, vel adverſitatibus fractus ab illo excideret. Hoc à Domino aſſiduis diu noctuque poſtulabat precibus: & ut facilius conſequeretur DEIPARÆ Virginis, Cælitumque patrocinium implorabat: adhibebat jejunia, vigilias, aliasque graves corporis auſteritates; promptum ſe ad quælibet agenda ac perferenda offerebat. Divinæ placuiſſe Bonitati

hanc

nc ejus pietatem, nec ſpem ejus fe-
lliſſe, ſed precibus annuiſſe rei oſten-
t eventus.

Nullius quippe lethiferi peccati la-
ſe inquinatum uſque in horam il-
m, qua Primitias celebraturus erat
nquam ſenſit. Cumq́; ſub eiſdem,
eracta conſecratione, plenus fide ac
lucia idipſum, pro toto reliquo vitæ
curſu, enixiſſimè peteret; hanc
entis auribus diſtinctè inſonare vo-
m percepit: *Conceſſi tibi, quod poſtu-*
s. Hoc accepto reſponſo, mira læ-
tia, cum profunda animi demiſſione,
rataque tanti beneficij recognitione
njuncta, perfuſus, nullum ſibi diem
vita illuxiſſe feliciorem, lætiorem-
ue exiſtimabat; nullum meritas Deo
gendi grates unquam faciebat finem.

Nec ſolum eo tempore, confirma-
o in gratia, verum etiam infantilis
anè innocentia, ſinceritas & puritas
elitùs collata fuit. Quam verò
ulta & eximia, ſpecialiſſimum hoc
ei donum, ac privilegium confirma-
onis in gratia, in ſe contineat bona,
expo-

exponunt enucleatiùs Theologi in *Tractatu de gratia* : ſufficiet nobis hic obiter inſinuare: comprehendere ſingularem excellentiam & copiam divinorum auxiliorum, & præter internam gratiæ perfectionem, ſpecialem extrinſecùs Dei protectionem: nec ſolere à Deo concedi niſi excellentioribus Sanctis; ſic beatiſſimæ Virgini in ſua Conceptione, Apoſtolis die Pentecoſtes in Spiritus ſancti adventu, SS. Joseph Deiparæ Sponſo, & Joanni Baptiſtæ, alijsque nonnullis viris ſanctiſſimis.

Hunc porro, uti & alios non paucos ſibi conceſſos à Deo theſauros, vir ſummæ humilitatis accuratiſſimè ſemper celabat, quia ſcriptum noverat: *deprædari deſiderat, qui theſaurum publicè portat in via* (S. Greg. *Homil.11. in Evangel.*) nec unquam manifeſtaſſet, niſi Deus ipſe dilectis ſibi amicis, perſonis eminentiſſimi ſpiritus, & ſanctitatis fama illuſtribus, hoc prius revelaſſet; quarum juratæ teſtificationes, in Proceſſibus pro ejus Canonizatione for-

rmatis, & in vitæ ejus Hiſtoria, à
ox citandis Authoribus adducuntur.
Nec defuit ex his, qui affirmaret,
OANNEM noſtrum, ex hoc tempore,
uo confirmatus in gratia fuit, non
odo nullam culpam lethalem, ve-
um nec venialem, ex eis, quæ plenè
eliberatè fiunt, commiſiſſe: & con-
ientiæ ejus puritatem potius Ange-
cam fuiſſe quam humanam. Con-
lendi de his, vitæ ejus Hiſtoriogra-
hi, & inter alios, Franciſcus à S. MA-
A *Tom. 2. Chronicor. Carmelit. Excalc.*
ib. 6. C. 3. Philippus Maria *Lib. 1. Vi-*
ejus cap. 6. & lib. 2. cap. 4. Hierony-
us à S. Joſeph. *Lib. 1. cap. 7.* Qui
iam gemina producunt Seraphicæ
atris TERESIÆ ad hoc confirman-
um teſtimonia. Ipſa ex habita divi-
tùs ac humanitùs notitia, de JOAN-
s incontaminata puritate ac inſigni
nctimonia, dicere frequenter ſole-
it, *Patrem* JOANNEM *a Cruce annume-*
andum inter puriores ſanctioresq́; animas,
uas DEUS *Optimus Maximus in ſua Ec-*
eſia haberet: & ingentes ei lucis, puri-
tatis,

exponunt enucleatiùs Theologi in *Tractatu de gratia*: ſufficiet nobis hic obiter inſinuare: comprehendere ſingularem excellentiam & copiam divinorum auxiliorum, & præter internam gratiæ perfectionem, ſpecialem extrinſecùs DEI protectionem: nec ſolere à DEO concedi niſi excellentioribus Sanctis; ſic beatiſſimæ Virgini in ſua Conceptione, Apoſtolis die Pentecoſtes in Spiritus ſancti adventu, SS. JOSEPH DEIPARÆ Sponſo, & Joanni Baptiſtæ, alijsque nonnullis viris ſanctiſſimis.

Hunc porro, uti & alios non paucos ſibi conceſſos à DEO theſauros, vir ſummæ humilitatis accuratiſſimè ſemper celabat, quia ſcriptum noverat: *deprædari deſiderat, qui theſaurum publicè portat in via* (S. Greg. *Homil.11. in Evangel.*) nec unquam manifeſtaſſet, niſi DEUS ipſe dilectis ſibi amicis, perſonis eminentiſſimi ſpiritus, & ſanctitatis fama illuſtribus, hoc prius revelaſſet; quarum juratæ teſtificationes, in Proceſſibus pro ejus Canonizatione for-

ɔrmatis, & in vitæ ejus Hiſtoria, à
ıox citandis Authoribus adducuntur.
Nec defuit ex his, qui affirmaret,
OANNEM noſtrum, ex hoc tempore,
uo confirmatus in gratia fuit, non
ıodo nullam culpam lethalem, ve-
um nec venialem, ex eis, quæ plenè
eliberatè fiunt, commiſiſſe: & con-
cientiæ ejus puritatem potius Ange-
cam fuiſſe quam humanam. Con-
ılendi de his, vitæ ejus Hiſtoriogra-
hi, & inter alios, Franciſcus à S. MA-
IA *Tom. 2. Chronicor. Carmelit. Excalc.*
ib. 6. C. 3. Philippus Maria *Lib. 1. Vi-*
ı ejus cap. 6. & lib. 2. cap. 4. Hierony-
ıus à S. Joſeph. *Lib. 1. cap. 7.* Qui
tiam gemina producunt Seraphicæ
latris TERESIÆ ad hoc confirman-
um teſtimonia. Ipſa ex habita divi-
itùs ac humanitùs notitia, de JOAN-
ıs incontaminata puritate ac inſigni
anctimonia, dicere frequenter ſole-
āt, *Patrem* JOANNEM *a Cruce annume-*
andum inter puriores ſanctioresq; animas,
uas DEUS *Optimus Maximus in ſua Ec-*
leſia haberet: & ingentes ei lucis, puri-
tatis,

tatis, ſapientiæq́ Cæleſtis theſauros infudiſſe. Et in Epiſtola anno 1577. ad *Philippum II.* Hiſpaniarum Regem ſcripta, diſſerens de P. JOANNE tunc Confeſſario monaſterij Incarnationis Abulæ, inquit: *Hæret ſtupore attonita hæc civitas, de maximo animarum profectu, quem ibi fecit; & pro* SANCTO *illum habent; & meo judicio eſt, & fuit toto vitæ ſuæ decurſu.* Ponderanda hæc poſtrema ſapientiſſimæ Virginis verba, *eſt, & fuit toto vitæ ſuæ decurſu*: Quibus nihil majus dici valet; nec ad noſtrum propoſitum quidpiam ijs addendum occurrit.

CAPUT VII.

S. M. TERESIA *agens de condendis Carmelit. Excalceatorum Cœnobijs, Joannem ad hoc inchoandum opus inducit.*

CUm ſub annum 1567. P. Alphonſus Maldonatus, Franciſcanus, paulo ante ex India in Hiſpaniam appulſus, Abula tranſiens S. M. TERESIAM de innumeris Ethnicorum millibus,

us, quæ indies peribant certiorem
eciſſet, ſummo illam dolore perculit.
Hoc illa ſtimulo percita, in unam
cellulis eremiticis, quas in S. JOSEPH,
rimi à ſe conditi monaſterij, horto
l orandum extruxerat ſe abdidit:
e tot animarum interitu gravi lacry-
arum impetu apud clementiſſimum
EUM cauſam egit! patere ſibi ali-
uam ſemitam, qua earum ſalutem
ocuraret, petijt: inſtititque per dies
ultos, donec nocte quadam, more
lito, ſic per viſum amantiſſimè di-
ntem audivit: *Paulùm expecta filia,*
grandia cernes. Quæ ſanè verba
rdi tam firmiter impreſſa fuêre, ut
inquam per eos dies evaneſcerent.
ogitabat illa quænam *grandia* DEUS
ortenderet, nec tamen capere pote-
t: omninò verò ſperabat, verba exi-
m ſortitura.

Oportebat certè lucem illam homi-
um ſaluti natam orbe toto diffundi:
mpus inſtabat; & ecce Reverendiſ-
mus P. Joannes Baptiſta Rubeus, Or-
nis Generalis (quod illuc uſq; nun-
quam

quam acciderat) Abulam ingreditur. Subijt quidem timor, ne fortè cœptum deſtrueret; ſed ipſe, cum priſcorum Patrum, quibus Carmelus olim floruit, reſtitutam per TERESIAM diſciplinam animadvertiſſet, propagari potius, quam extingui exoptavit; & datis litteris (quas *Patentes* appellant) ad alia monaſteria condenda, quod ei nunquam in mentem venerat, ampliſſimè favit; & ne quis Provincialis obſtreperet, ſeverè interdixit.

Grandia illa, quæ ſe conſpecturam TERESIA à DEO per oraculum acceperat, non ſola Monialium inſtitutione circumſcribenda, ſed ad viros, quorum caput mulier foret, inaudito magnitudinis genere protendenda erant.

R.mo P. Generali adhuc Abulæ agente, Epiſcopus cum eo de inſtituendis Fratrum Cœnobijs contulit; at incaſſum, ob plures, quæ ingruere videbantur difficultates: jam Romam reverſurus P. Generalis Valentiam pervenerat, & è manibus opportunitas elapſa videbatur: at S. TERESIA

rem

em Deo acceptam, & Monialium
rofectui conſentaneam rata, litteras
fficaciſſimis rationibus, quibus ad-
erſa quæque argumenta convellebat,
rmatas mittit; annuit confeſtim Re-
verendiſſimus P. Generalis, rationi-
ous mirificè flexus: & duo cœnobia
(accedente Provincialium præſentis,
& præceſſoris conſenſu) extrui indul-
get; quod licet ægrè Patres illi proba-
turi viderentur, Epiſcopo rem urgen-
te conſenſerunt.

Crevit inſigniter Teresiæ gau-
dium: quamvis enim necdum Reli-
gioſos ad arctiorem vitam aſpirantes,
modumvè auſpicandi operis noſſet;
animi tamen magnitudine cuncta ſibi
proſpera pollicebatur, Deumque in-
tentiſſimè orabat, unum ſaltem exci-
taret, qui rem aggredi poſſet.

Hæc dum mente pertractat, ſacra-
rum Virginum Parthenonem conſtru-
ctura, Medinam Campi pervenit, &
miris divinæ providentiæ mæandris
in virorum primordia ſimul incidit.
Reperit hic Deo precibus ac votis ejus
annu-

fuerint hæc ejus ſancta deſideria, pia ſolicitudo ac devota diſpoſitio, prodit abundè ſingulariſſimum planèque admirandum, ſub hoc ipſo primo Sacrificio, ipſi divinitùs collatum, & raró admodum, pauciſſimiſque conceſſum donum. Hoc quale fuerit, paucis nunc exponemus.

Nihil ab ineunte rationis uſu, divina illuſtratus gratia, ita abhorrebat, ac formidabat, quam per lethalem culpam à Deo ſeparari: nihil adeo ambiebat, ac deſiderabat, quam validiſſimis charitatis vinculis indiſſolubiliter Deo copulari, atque ita in divino fundari, & firmari amore, ut nullis unquam tentationibus victus, vel adverſitatibus fractus ab illo excideret. Hoc à Domino aſſiduis diu noctuque poſtulabat precibus: & ut facilius conſequeretur Deiparæ Virginis, Cælitumque patrocinium implorabat: adhibebat jejunia, vigilias, aliaſque graves corporis auſteritates; promptum ſe ad quælibet agenda ac perferenda offerebat. Divinæ placuiſſe Bonitati-

hanc

ıanc ejus pietatem, nec ſpem ejus fe-
ſelliſſe, ſed precibus annuiſſe rei oſten-
lit eventus.

Nullius quippe lethiferi peccati la-
e ſe inquinatum uſque in horam il-
am, qua Primitias celebraturus erat
ınquam ſenſit. Cumq; ſub eiſdem,
eracta conſecratione, plenus fide ac
ducia idipſum, pro toto reliquo vitæ
ecurſu, enixiſſimè peteret; hanc
ıentis auribus diſtinctè inſonare vo-
em percepit: *Conceſſi tibi, quod poſtu-
s.* Hoc accepto reſponſo, mira læ-
itia, cum profunda animi demiſſione,
rataque tanti beneficij recognitione
onjuncta, perfuſus, nullum ſibi diem
ı vita illuxiſſe feliciorem, lætiorem-
ue exiſtimabat; nullum meritas Deo
gendi grates unquam faciebat finem.

Nec ſolum eo tempore, confirma-
o in gratia, verum etiam infantilis
lanè innocentia, ſinceritas & puritas
ælitùs collata fuit. Quam verò
ıulta & eximia, ſpecialiſſimum hoc
Dei donum, ac privilegium confirma-
ionis in gratia, in ſe contineat bona,
expo-

exponunt enucleatiùs Theologi in *Tractatu de gratia* : ſufficiet nobis hic obiter inſinuare : comprehendere ſingularem excellentiam & copiam divinorum auxiliorum , & præter internam gratiæ perfectionem , ſpecialem extrinſecùs DEI protectionem : nec ſolere à DEO concedi niſi excellentioribus Sanctis ; ſic beatiſſimæ Virgini in ſua Conceptione, Apoſtolis die Pentecoſtes in Spiritus ſancti adventu, SS. JOSEPH DEIPARÆ Sponſo, & Joanni Baptiſtæ, alijsque nonnullis viris ſanctiſſimis.

Hunc porro, uti & alios non paucos ſibi conceſſos à DEO theſauros, vir ſummæ humilitatis accuratiſſimè ſemper celabat, quia ſcriptum noverat : *deprædari deſiderat, qui theſaurum publicè portat in via* (S. Greg. *Homil.11. in Evangel.*) nec unquam manifeſtaſſet, niſi DEUS ipſe dilectis ſibi amicis, perſonis eminentiſſimi ſpiritus , & ſanctitatis fama illuſtribus , hoc prius revelaſſet ; quarum juratæ teſtificationes, in Proceſſibus pro ejus Canonizatione for-

ormatis , & in vitæ ejus Hiſtoria, à
nox citandis Authoribus adducuntur.
Nec defuit ex his , qui affirmaret,
OANNEM noſtrum, ex hoc tempore,
uo confirmatus in gratia fuit, non
nodo nullam culpam lethalem , ve-
um nec venialem , ex eis, quæ plenè
eliberatè fiunt, commiſiſſe: & con-
cientiæ ejus puritatem potius Ange-
cam fuiſſe quam humanam. Con-
ilendi de his, vitæ ejus Hiſtoriogra-
hi, & inter alios, Franciſcus à S. MA-
IA *Tom. 2. Chronicor. Carmelit. Excalc. Lib. 6. C. 3.* Philippus Maria *Lib. 1. Vi-
æ ejus cap. 6. & lib. 2. cap. 4.* Hierony-
nus à S. Joſeph. *Lib. 1. cap. 7.* Qui
tiam gemina producunt Seraphicæ
Matris TERESIÆ ad hoc confirman-
um teſtimonia. Ipſa ex habita divi-
itùs ac humanitùs notitia, de JOAN-
is incontaminata puritate ac inſigni
anctimonia, dicere frequenter ſole-
at, *Patrem* JOANNEM *à Cruce annume-
andum inter puriores ſanctioresq́; animas,
uas* DEUS *Optimus Maximus in ſua Ec-
leſia haberet: & ingentes ei lucis, puri-
tatis*

tatis, ſapientiæq́; Cæleſtis theſauros infudiſſe. Et in Epiſtola anno 1577. ad *Philippum II.* Hiſpaniarum Regem ſcripta, diſſerens de P. JOANNE tunc Confeſſario monaſterij Incarnationis Abulæ, inquit: *Hæret ſtupore attonita hæc civitas, de maximo animarum profectu, quem ibi fecit; & pro* SANCTO *illum habent; & meo judicio eſt, & fuit toto vitæ ſuæ decurſu.* Ponderanda hæc poſtrema ſapientiſſimæ Virginis verba, *eſt, & fuit toto vitæ ſuæ decurſu*: Quibus nihil majus dici valet; nec ad noſtrum propoſitum quidpiam ijs addendum occurrit.

CAPUT VII.

S. M. TERESIA *agens de condendis Carmelit. Excalceatorum Cœnobijs, Joannem ad hoc inchoandum opus inducit.*

CUm ſub annum 1567. P. Alphonſus Maldonatus, Franciſcanus, paulo ante ex India in Hiſpaniam appulſus, Abula tranſiens S. M. TERESIAM de innumeris Ethnicorum millibus,

ous, quæ indies peribant certiorem
feciſſet, ſummo illam dolore perculit.

Hoc illa ſtimulo percita, in unam
è cellulis eremiticis, quas in S. JOSEPH,
primi à ſe conditi monaſterij, horto
ad orandum extruxerat ſe abdidit:
de tot animarum interitu gravi lacry-
marum impetu apud clementiſſimum
DEUM cauſam egit! patere ſibi ali-
quam ſemitam, qua earum ſalutem
procuraret, petijt: inſtititq́ue per dies
multos, donec nocte quadam, more
ſolito, ſic per viſum amantiſſimè di-
centem audivit: *Paulùm expecta filia,
& grandia cernes.* Quæ ſanè verba
cordi tam firmiter impreſſa fuêre, ut
nunquam per eos dies evaneſcerent.
Cogitabat illa quænam *grandia* DEUS
oſtenderet, nec tamen capere pote-
rat: omninò verò ſperabat, verba exi-
tum ſortitura.

Oportebat certè lucem illam homi-
num ſaluti natam orbe toto diffundi:
tempus inſtabat; & ecce Reverendiſ-
ſimus P. Joannes Baptiſta Rubeus, Or-
dinis Generalis (quod illuc uſq; nun-
quam

quam acciderat) Abulam ingreditur. Subijt quidem timor, ne fortè cœptum deſtrueret; ſed ipſe, cum priſcorum Patrum, quibus Carmelus olim floruit, reſtitutam per TERESIAM diſciplinam animadvertiſſet, propagari potius, quam extingui exoptavit; & datis litteris (quas *Patentes* appellant) ad alia monaſteria condenda, quod ei nunquam in mentem venerat, ampliſſimè favit; & ne quis Provincialis obſtreperet, ſeverè interdixit.

Grandia illa, quæ ſe conſpecturam TERESIA à DEO per oraculum acceperat, non ſola Monialium inſtitutione circumſcribenda, ſed ad viros, quorum caput mulier foret, inaudito magnitudinis genere protendenda erant.

R.mo P. Generali adhuc Abulæ agente, Epiſcopus cum eo de inſtituendis Fratrum Cœnobijs contulit; at incaſſum, ob plures, quæ ingruere videbantur difficultates: jam Romam reverſurus P. Generalis Valentiam pervenerat, & è manibus opportunitas elapſa videbatur: at S. TERESIA

rem

rem DEO acceptam, & Monialium profectui conſentaneam rata, litteras efficaciſſimis rationibus, quibus adverſa quæque argumenta convellebat, armatas mittit; annuit confeſtim Reverendiſſimus P. Generalis, rationibus mirificè flexus: & duo cœnobia (accedente Provincialium præſentis, & præceſſoris conſenſu) extrui indulget; quod licet ægrè Patres illi probaturi viderentur, Epiſcopo rem urgente conſenſerunt.

Crevit inſigniter TERESIÆ gaudium: quamvis enim necdum Religioſos ad arctiorem vitam aſpirantes, modumvè auſpicandi operis noſſet; animi tamen magnitudine cuncta ſibi proſpera pollicebatur, DEUMque intentiſſimè orabat, unum ſaltem excitaret, qui rem aggredi poſſet.

Hæc dum mente pertractat, ſacrarum Virginum Parthenonem conſtructura, Medinam Campi pervenit, & miris divinæ providentiæ mæandris in virorum primordia ſimul incidit. Reperit hic DEO precibus ac votis ejus

annu-

annuente, duos ædificij, quod moliebatur Reformationis virorum, Ordinis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ de monte Carmelo, fundamentales lapides, R. P. Antonium de Heredia Carmelitarum Priorem, & B. P. JOANNEM à Cruce, ejuſdem Abulenſis Carmeli alumnum.

Antonius, cum quo primò arduum hoc negotium ſecretò contulit, alacri animo ſe ad id paratum exhibuit; at cum illum non adeò firma corporis conſtitutione, ad labores auſterioris vitæ perferendos, præditum animadverteret, non admodum urgebat; lætata eſt tamen, & impenſiùs eum hortata, ut arctiore ſe diſciplina experiretur. Morem geſſit, & annum integrum experiendo præluſit: DEO quoque labores alios, & inſectationes immittente, ut lapidem vivum expoliret.

Joannes majus præbuit gaudij incrementum, de quo mira à P. Antonio, alijſque (ut ipſamet fatetur) inaudierat. Hunc ergo petijt, & ob-

tinuit à Deo ſibi donari, in Anteſignanum Discalceatorum. Convenit illum S.ª Mater, alloquitur, cumq́; operi maximè idoneum reperiſſet, ad expeditionem induxit, perſuaſitque, ut deſiderium, quod conceperat, Carthuſiam ingrediendi, in hoc opus commutaret. Fundationi ergo quæſita eſt domus, eaque inventa, nec non impetrata eorum, quorum intererat, facultate, operi ſeſe accinxit ferventiſſimus Pater. Legenda de his, & dicendis proximo capite S. Teresia. *Lib. Fundation. Cap. 12. & 13.*

Caput VIII.

Conditur primum Carmelitarum diſcalceatorum Cœnobium: ejus deſcribitur apparatus, & vita, quam in eo duxit B. Joannes.

Est in Abulenſi tractu, paucarum ædium vicus, *Durvelum* vocant, vere juxta nominis ſui etymon durus, cum ob aëris inclementiam, tum ob omnium, quæ ad corporis oblectamenta, aut commoditates ſpectant, inſi-

inſignem inopiam. Hic à loci domino, Raphaele Mexia Velazquez, Equite Abulenſe, in novam fundationem oblatum fuit TERESIÆ tugurium verius quam domus, cujus machina nil præter exiguam porticum, unicum cubiculum, idque parvum, granarium, & culinulam complectebatur.

Hanc ædiculam in formam monaſterij ita diſpoſuit: porticum in Capellam, granarium in Chorum, cubiculum in dormitorium convertit, & adaptavit; diviſa culinula, triclinij & culinæ loco fuit. Hac mole conſtitit prima refloreſcentis CARMELI ſtructura: his initijs de fructu manuum B. P. N. JOANNIS, præeunte Virgine TERESIA, plantata eſt Vinea, quæ brevi per Hiſpaniam univerſam, Italiam, Galliam, Belgium, Germaniam, Poloniam, Perſidem, utrasque Indias ſuos palmites eſſet diffuſura. Hic tandem JOANNES # rudi & anguſto habitu indutus, quem B. V. TERESIA proprijs manibus conſuerat, abjectiſque calceis pri-

prius Mathias et tunc Joannes à Cruce nomine religioso vocatus

primum Carmelitam Excalceatum mundo exhibuit.

Adfuit paulo poſt ejuſdem propoſiti ſocius, præfatus P. Antonius de Heredia, exinde de JESU cognominatus, vir ſanctitate quoque conſpicuus; qui Joannis inductus exemplo, aſperum hoc vitæ genus amplexus eſt, illudque ambo ſe perpetuò ſervaturos, rejecta omni Regulæ mitigatione, renovata, ſolemni ritu, coram ſacratiſſima Euchariſtia, peracto miſſæ ſacrificio, profeſſione, anno 1568. die Novembris 28. Octava feſti præſentatæ in templo Virginis, in quem eo anno inciderat prima Adventus Dominica, polliciti ſunt. JOANNES verò hoc loco nactus opportunam occaſionem, fervori ſpiritus habenas laxavit; tantoque impetu abripiebatur, ut nullos orationi, auſteritati & pœnitentiæ limites præfigeret; ſed ad omne heroïcarum virtutum exercitium infracto animo conniteretur.

Victus illi tenuis, nec niſi jejunio conditus, protractæ vigiliæ, macera-

tiones corporis continuæ, cellula adeo anguſta ac demiſſa, ut non niſi genuflexum admitteret; tam malè ſarta, ut per imbrices non modo lux ſubintraret, ſed etiam pluviæ, pruinæ, nives, quæ orantem non ſemel contexerunt. Lectus dura humus, cervical lapis, ac tum præclarè ſibi indulſiſſe videbatur, ſi quando modicum fœnum corpuſculo ſubſterneret; tota verò ſuppellex, Crux, & cranium humanum. Hanc verò Spiritus paupertatem, omnimodamque nuditatem, non ſolum Durveli exactè ſervavit, aliosque ſuo exemplo ad ſervandum induxit, ſed Paſtranæ quoque, Manceræ, ac Compluti, ad quæ loca poſtmodum avocatus, hanc novellam plantam eodem Spiritu imbuit, fundavit, & firmavit; unde poſtea, tanquam è fœcundiſſimis ſeminarijs, alia plurima ejuſdem inſtituti germina prodierunt.

Hæc ſunt magnalia illa & *grandia*, quæ juxta revelationem ac promiſſionem à Deo acceptam, ut ſuperiori vidimus Capite, Teresia propediem

con-

conſpicatura erat. Et verè *grandia*, quæ in oculis Divinæ illius Majeſtatis magna ſunt, in cujus oculis *Gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt; & inſulæ quaſi pulvis exiguus*: imò *omnes gentes, quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei.* Iſai. C. 40.

Nec ſolum imminentia hujus Carmelo-Marianæ Familiæ, per Teresiam & Joannem inſtauratæ, fauſta primordia Deus ipſi Teresiæ præſignificare voluit, verũ etiã futurũ ſubſecuturis ætatibus ejuſdem ſtatum; quod ipſa *C. 40. vitæ ſuæ* his atteſtatur verbis: *cum coram Venerabili Sacramento Altaris preces meas funderem, quidam Sanctus, cujus Ordo aliquatenus jam conciderat, mihi apparuit, manu librum præferens: quem ipſe aperiens, aliqua me verba, litteris magnis, & valde l[illegible] in eo exarata legere jubeb[illegible]ant autem hæc: Futuris temporibus hic ordo florebit, & multos habebit Martyres.*

Plura mox ibidem ſubdit ſibi cælitùs manifeſtata, de hoc ipſo Ordinis hujus futuro ſtatu, quæ nos, brevitati

conſulentes, hic tranſimus. Porro licet S. M. Teresia Ordinis hujus nomen ibidem non exprimat, conſtans tamen ſententia eſt, de ſuo Carmelitarum excalceatorum Ordine fuiſſe locutam; & ita tradit inter alios Reverendiſſimus D. Didacus Jepes, Ord. S. Hieronymi, Epiſcopus Turiaſonenſis, ipſi S. Teresiæ, & *Philippo II.* Hiſpaniarum Regi, à ſacris confeſſionibus, *Lib. 3. Vitæ S. Tereſiæ Cap. 17.* ubi hujus rei teſtes affert, plures ſanctæ M. Teresiæ Comites, eidemque familiariſſimas, quibus ipſa hoc patefecit. Idem docent Ven. P. Joannes à Jesu Maria *Lib. 4. Compendij vitæ S. Tereſiæ Cap 3.* Thomas à Jesu *in Stimulo miſſionum 4 Parte. Cap. 5.* qui alias *ibid.* hanc ſententiam confirmantes producit revelationes; & Joſeph à Jesu Maria *Lib 1. Vitæ B. P. Jo*[illegible]*uce C. 1.* qui Sanctum illum, qui Ter[illegible] librum legendum præbuit, Eliam Prophetam, Carmelitarum Protopatriarcham fuiſſe affirmat. Ipſa quoque Seraphica Mater hoc ipſum indicare voluiſſe

luiſſe videtur cælica illa, quam *Libro fundationum Cap* 17. recenſet viſione ac revelatione Ven. P. Mariano à S. Benedicto exhibita.

CAPUT IX.

Deſignatur, procurante S. TERESIA, *Confeſſarius ſanctimonialium ſui Ordinis Abulæ, inſigni illarum profectu, & à DEO prodigijs illuſtratur.*

NOn viris duntaxat, ſed etiam Ordinis ſui Virginibus JOANNES præluxit. Illas quæ primitivam regulam profitebantur, ad Contemplationis apicem, virtutumque perfectionem direxit, adeo efficaciter, ut etiamnum fructus in ipſis perſeveret: alias, quæ ſub mitigatiore vivebant, intra vocationis ſuæ limites ad orationis, mortificationis ac reformationis ſpiritus, verbo & exemplo pertraxit: fidem faciet Cœnobium Abulenſe ab Incarnatione nuncupatum. Hoc viſitans anno 1571. Adm. R. P. Petrus Fernandez, vir ſanctitate, prudentia

ac doctrina celebratus, Apoſtolica Pij V. authoritate, deprehendit ad nonnullos Regularis obſervantiæ eliminandos defectus, ac majorem introducendam perfectionem, conſultum fore, ſi S. M. Teresia ipſi præficeretur, & requiſitis Patrum Carmelitarum ſuffragijs, ejus regimen illi commiſit. Ægrè id tulit Teresia; cum enim in novos fœtus ſuos alendos incumberet, ad diſciplinam leniorem elimandam, novo labore, alieniore, ac moleſtiore retrahi durum ſanè videbatur.

At Chriſtus orantem in cella eremitica ſic exſtimulavit: *Monaſterij Incarnationis curam gerere cunctaris? Expende rem mihi gratam te facturam: nec tam eſſe arduam quam exiſtimas: & hoc ipſo Monaſterijs mitigatis, & ipſis à te recenter conditis majus bonum acceſſurum: ne provinciam recuſes, omnia quippe p[illegible]ſum.* His verbis erecta, Viſitatori exp[illegible]itè obtemperavit obedientiæ deditiſſima Virgo, Præfectæ munus, Deo fidens, acceptando.

Ne

Ne verò, in perdifficili hoc gubernationis opere, ſubſidio careret, ac deſideratum animarum profectum, in ſibi ſubditis ampliùs faciliusque promoveret, idem Apoſtolicus viſitator, poſcente Teresia, P. Joannem à Cruce, qui tunc Complutenſi Diſcalceatorum Collegio, non ita pridem fundato, præerat, in Confeſſarium cœnobij Incarnationis deſtinavit: & ſuffecto ei in Rectoris munere R. P. Gabriele ab Aſſumptione, præcepit, ut cum P. Germano de S. Mathia, Abulam ſe conferret, atque ſacris Virginibus eſſet à Confeſſionibus.

Porro quantum è S. Teresiæ & Joannis præſentia, doctrina, & exemplis, in omni virtute ac ſanctimonia, cœnobij Incarnationis alumnæ profecerint, luculenter tradunt Ordinis Hiſtorici, ad quos lectorem remittimus; nobis nunc ſat erit, de hoc paucis differentem audire Ven. M. Annam à S. Bartholomæo, S. Teresiæ individuam comitem, & ſanctitatis ejus indefeſſam æmulam, in quadam

de primordijs reſtaurati Carmeli Relatione. Poſt octo, inquit, *à S. Matre noſtra* TERESIA *conſtructa Diſcalceatarum Virginum Cœnobia, crearunt illam monaſterij Incarnationis Antiſtitam; quæ attendens neceſſitatem, quam experiebatur, ſubſidij, ad inducendam & conſtabiliendam, animo conceptam, morum reformationem, petijt in Confeſſarios illi concedi P. Joannem à Cruce, & P. Germanum. Multum ambo ipſam adjuverunt, maximè* SANCTUS *P. Joannes à Cruce, qui talis fuit ſemper* (obſerva) *in ſuis operibus &c. Audivi pluries S. Matrem aſſerentem, quantum monialibus profuerit, toto tempore, quo illic commoratus fuit, per orationis ſtudium ad inſignem recollectionem ac perfectionem eas perducendo, & à ſæcularium communicatione abſtrahendo. Ab omnibus laudabatur & amabatur, ob ſanctitatem, qua illas regebat, &c.* Hæc Anna. Obiter hic advertendum, quam ſanctimoniæ famam jam tunc obtinuerat, cum pleno ore illum *Sanctum* nuncupet, & *ſemper fuiſſe* affirmet.

Prodigijs quoque, ſub hoc tempus, ſervi

ſervi ſui ſanctitatem Omnipotens illuſtrem ac teſtatam reddere voluit. In morbum inciderat Maria de Jera, Virgo religioſa pluries memorati cœnobij Incarnationis, qui præter ſpem & opinionem, ſine mora ingraveſcens, illam repentè vita deſtituit, necdum Eccleſiæ Sacramentis munitam. Augebat impenſius conceptum reliquarum Religioſarum, de ſubitaneo ejus deceſſu, mœrorem, quod absque ſacris myſterijs vita exceſſiſſet.

Accitus B. Pater, inopinato eventu perculſus, accurrit ad monaſterium, & defunctam intuitus, ſine ullo vitæ indicio reperit: properat ad chorum, & coram venerabili Sacramento prolapſus in genua, calidis precibus lacrymisque, velut alter *Elias* (3.Reg.17. Cap.) *clamavit ad Dominum & ait: Domine Deus meus, revertatur obſecro anima* Virginis *hujus in viſcera ejus.* Et ſicut *Dominus exaudivit vocem* E LIÆ, ita & exaudivit vocem JOANNIS noſtri, *& reverſa eſt anima* Virginis *intra eam & revixit.* Prodigium hoc circum-

ſtantes ſanctimoniales immenſo quodam affecit gaudio, adeo omnium viceerat expectationem. Mox ad B. Patrem, coram SS. Euchariſtia adhuc in oratione perſiſtentem, properanter feſtinant, nuntiantes lætiſſimo applauſu, defunctam precibus ejus vitæ reſtitutam.

Quod ſequitur præcipua quoque dignum eſt admiratione. Cum aliquando, dies erat ſanctiſſimæ Triadi ſacer, de ineffabili hoc myſterio, in locutorio cœnobij Incarnationis, Joannes noſter cum S. M. Teresia ſermocinando, infinitam divinarum Perſonarum eminentiam, perfectiones, & operationes ſublimiſſimè exponeret, adeò utriuſque animus divini amoris æſtu conflagrare cæpit, ut S. M. Teresia in ecſtaſim rapta; ipſe verò non modo in ecſtaſim, verum etiam in aëra, una cum ſede, uti quondam curru igneo ſanctiſſimus Parens ejus Elias, raptus fuerit. Dum hi gemini terreſtres Seraphim à ſenſibus alienati, & in raptu ſuſpenſi hærent, ingreditur locu-

locutorium monialis quædam, Beatrix à Jesu nomine, Téresiæ, quæ Parthenonis Antiſtitam agebat, quidpiam nuntiatura, & depræhendit hanc in genua provolutam, atque in ecſtaſi poſitam: illum verò in exteriori locutorij & cancellorum parte, cum ſedili quod occupabat, uſque ad ipſa locutorij laquearia in aëre ſublevatum: quo tam portentoſo ſpectaculo, haud modicum attonita manſit. Interrogata poſtmodum Teresia, cum ſola eſſet, à Beatrice, de raptus hujus divini cauſa; reſpondit, non aliam extitiſſe, quam ſingulariſſimam verborum energiam, qua pro more ſuo S. P. Joannes altiſſimè, & ferventiſſimè de SS. Trinitatis Myſterio diſſeruerat.

Nec hac ſolùm occaſione, ſed in pluribus quoque alijs S. Teresia, hac tempeſtate, experta fuit frequentiores Joannis noſtri à ſenſibus abſtractiones, raptus, & ecſtaſes. Hinc ipſa de eo dicere conſueverat: *Impoſſibile eſt ſermonem de divinis cum P.* Joanne

miſcere, quia mox ipſe in ecſtaſim abit, aut alios abire compellit.

Ex revelationibus & viſis cæleſtibus, quibus ſub hoc tempus plurimis à Deo dignatus fuit, unum duntaxat hic paucis ſubindicare juvat. Contemplanti aliquando Joanni noſtro, atrociſſimas Chriſti Domini, quas in Cruce ſuſpenſus, pertulit pœnas ac contumelias, conſpiciendum ſe illi dedit Servator, recenti ſanguine perfuſus, capite ſpinis obſito, hiantibus toto corpore plagis, crudeliter diſtentis ac ſolutis membrorum compagibus, demum cum illis omnibus cruciatibus, quos in Crucis patibulo toleravit.

Admirandos, quos commiſeranda hæc Chriſti Domini ſpecies in anima ejus produxit effectus, nullus dignè explicare calamus ſufficit. Manſit ea adeo vivaciter menti ejus impreſſa, ut, licet artis pictoriæ prorſus eſſet ignarus, potuerit nihilominus tàm accuratè illam delineare, ſic ad vivum cum omnibus artis hujus circumſtantijs expri-

exprimere, ut excellentiſſimos, qui effigiem ab ipſo confectam viderunt, pictores, in admirationem rapiat, ac penè, pro prodigio habeant; atq; in animis cunctorum illam devotè contemplantium eximios generet pietatis effectus. Exemplar ejus exhibet R. P. Hieronymus à S. Joſeph *Lib. 2. vitæ ejus Cap. 9.*

CAPUT X.

Alia miranda Abulæ operatur, maximè in Dæmonibus aut expellendis, aut coërcendis.

NOn pauca alia admiranda valde, ac JOANNIS noſtri ſanctimoniam teſtantia hac tempeſtate Abulæ acciderunt: pauca è multis denarrabimus. Non poterat eminentium virtutum ac prodigiorum ſplendor, quo mirificè JOANNES refulgebat, intra domeſtici monaſterij Incarnationis parietes contineri, ſed ad alia quoque aliorum Ordinum, perque urbem totam ſeſe diffundebat. Celebrabatur una omnium voce velut *vir cæleſtis*, & *homo*

divi-

divinus, cujus vita ac doctrina miraculoſa cenſebatur: hinc in ſuis neceſſitatibus, maximè ſpiritualibus, ad eum pro conſilio, & remedio, velut ad commune oraculum & refugium accurrebant.

Sanctimonialem cujuſdam cœnobij vehementer, ac frequenter exagitabat Satanas, horrendas blaſphemias diverſaſque Catholicæ fidei contrarias propoſitiones identidem ei ſuggerendo: puritatem quoquè ejus virginalem acriter impugnando; cui ab omnibus deſtitutæ, advocatus P. JOANNES à Cruce, precibus & inſtructione ſpirituali plurimùm profuit, in fide ac divino timore ſolidè eam confirmando, & adverſus Dæmonis infeſtationes validè communiendo. Tulit hoc indigniſſimè tenebrarum Princeps, qui transformans ſe in Angelum lucis, ſumpta P. Joannis forma Monaſterium illud adijt, dictamque ſacram Virginem, ad ſolitum ſacrarum confeſſionum locum ad ſe arceſſiri fecit: & datam ab illo doctrinam ſiniſtrè

ſtrè interpretando, & ſubdolè falſam ac diabolicam immiſcendo, ipſam pervertere, & in ruinam impellere, vehementiſſimè allaborabat.

Fecit hoc non ſemel ſtygius veterator, nec incaſſum: at majori cum fructu die quodam veſperi, ſolitò diutiùs ſe cum illa detinendo, & impenſius ſuam nefandam inculcando doctrinam.

Luce altera convenit Virginem B. Pater: cui ſciſcitanti de animæ ſtatu reſpondit ipſa: *Sat benè nunc habeo: tradita quippe à R. V. mihi heri veſperi documenta ac inſtructio plurimum dejectum ſublevarunt animum meum, licet non plenè pacarint.* *Ego*, reſpondit Joannes, *heri non adfui tibi, nec, ab urbe abſens, adeſſe valui.* Hoc illa credere recuſans affirmabat: *Poſſum juramento adſtruere me heri R.V. & vidiſſe, collocutam fuiſſe, & has & illas à R.V. doctrinas, & documenta recepiſſe.* Agnovit ſubito ex doctrinæ pravitate vir Dei ejuſdem authorem, fraudemquè Dæmonis, & illuſæ compatiens; non à ſe, ſed à tenebra-

nebrarum Antiſtite illam profectam fuiſſe perſuaſit.

Et ne rurſum in ſua abſentia (diſceſſurus, & dies aliquot emanſurus erat) conſimili dolo Diabolus illi imponeret, potiſſima, quæ ſermone ei tradiderat adverſus Dæmonis tentationes, & infeſtationes, documenta, manu propria exarata, ſuoquè nomine ſubſcripta, eidem conſignavit: quibus miſella haud parum contenta corroborataquè manſit.

Verum is, qui mille nocendi novit artes, huic quoquè præſidio, verſutiſſimo adinvento artificio, mirabiliter obviavit. Confecto quippe & transmiſſo ipſi non diſſimili ſcripto, in quo B. Patris manum adeo perfectè fuit imitatus, ut inter utrumquè nulla prorſus appareret diverſitas, per quod indicabat ſe quidem propediem reducem futurum; interea tamen n[illegible]us perpendiſſe, quam nuper ſcripto communicaverat doctrinam, ac reperiſſe rigidam nimis, ideoquè conſcientia ſtimulante cogi denuò ad ſcribendum

ei,

& declarandum, doctrinam tradi-
ı, non ita eſſe ad litteram intelli-
dam: multa per illam inhibita ſine
conſcientiæ ſcrupulo fieri poſſe;
ltaquè his ſimilia.

Placuit quidem anguſtiatæ Virgini
libertas, at capere nequibat tan-
ı in ſancto viro mutationem, do-
næque novitatem: fidem tamen
uit, ob ſcripturæ omnimodam ſi-
tudinem. Adfuit paucis elapſis
bus P. JOANNES, & examinato no-
illo pſeudoconfeſſarij ſcripto, de-
hendit dolum maligni impoſtoris,
haracterem illius ſuo quidem per
nia eſſe ſimillimum, at doctrinam
nè diverſam, ac diabolicam: & viſo
tis ſummo diſcrimine, in quo illa
bat, fuſis magnâ fide precibus, ad-
tiſquè ſacris adjurationibus, à cir-
ıſidente, & infeſtante illam nefa-
ritu divinitùs liberavit.

alio quodam urbis hujus Parthe-
e, DEO ſacræ Virginis (nomen
& Ordinis conſultò reticemus)
ıno Numinis permiſſu, corpus te-
terri-

terrimus Dæmon inſederat, cujus vi ac furore frequenter exagitabatur. Acceſſit Antiſtitis illius rogatu, accerſituque JOANNES noſter, ut divinis carminibus atque exorciſmis atrociſſimum hoſpitem è Virginis corpore faceſſere jubeat. Exorciſmis initium dedit hora poſt meridiem prima, in SS. Trinitatis profeſto, & continuare inſtitit, uſquè ad veſperarum pulſum; quo audito, energumenam Sanctimonialem cum cæteris ſacris virginibus ad Chorum miſit.

Veſpertino officio ſolemni ac muſico concentu inchoato, ad vers. *Gloria Patri, & Filio, &c.* Cacodæmon arreptam energumenam, è loco ſuo extrahens, in altum ſuſtulit, capite deorſum verſo, pedibus ſupernè elatis; veſte tamen religioſa ita undiquè coopertam, ac ſi in pedes conſiſteret; ſicque ipſam in aëre detinendo perſiſtebat. Novo hoc ſpectaculo, Tartareus Spiritus, univerſis metu perterritis, conſternatis, & ſuſpenſis hærentibus, divinas laudes, quarum eſt

hoſtis

ſtis acerrimus , interrupit, & per-
bavit; quod unum hoc facto quæ-
at & intendebat. At B. Pater, qui
n Patre Germano aderat , divini
noris zelo vehementer accenſus,
eriori authoritate munitus , con-
tiori voce ſic infit : *In nomine &*
tute Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris &
j, & Spiritus ſancti, cujus nunc cele-
mus feſtivitatem, tibi præcipio maligne
ritus, ut hanc Sanctimonialem ſuæ re-
uas ſedi, nec amplius inquietes. Di-
m, factum. Confeſtim Patris ob-
nperans imperio, Tartareus hoſtis
ram Virginem in ſede ſua repoſuit,
ulterius infeſtare præſumpſit.
Veſpertinis abſolutis laudibus, vir
ctus ſacros proſequi Exorciſmos
pit, & malus Genius, divina virtute
ctus , è virginis corpore exceſſit,
n debitas ſibi redijt tenebras; cum
... totius Religioſi cœtus admi-
...e & exultatione.
Admirabilius eſt quod ſubijcio, &
idit cuidam alterius , & illuſtris
igionis Moniali ; nomini parci-
mus,

mus, ut famæ parcamus. Narratio erit aliquanto longior, ſed in pauca contrahi, quin plurimum mirando huic prodigio decederet, non potuit. Religioſa hæc Virgo, vix viceſimum ætatis annum attigerat, & plurium jam linguarum, etiam peregrinarum, peritia pollebat: artes callebat omnes: univerſis imbuta videbatur ſcientijs: profundiores ac difficiliores ſcholaſticæ Theologiæ quæſtiones mira reſolvebat ſubtilitate ac claritate: abſtruſiora ſacræ paginæ loca, rara facundia ac perſpicuitate exponebat: de quacunquè materia, acutiſſimè, & ingenioſiſſimè diſſerebat. Non pauci, quorum examini concredita fuerat, Sac. Theologiæ Profeſſores, ac diverſarum Religionum viri ſapientiſſimi, tantam linguarum omnium peritiam, tam raram & eximiam in ſcientijs omnibus, Theologiæ notiſſimum, quibus tamen nunquam operam navarat, eruditionem, non acquiſitam ſed divinitùs infuſam, cæleſtemquè ſapientiam cenſuerunt.

Verùm

Verum Prælati hujus Religionis, on obſtante tot doctiſſimorum pijſ-norumque virorum, poſt maturam ſcuſſionem, judicio ambigui, & ani-o ſuſpenſi hærebant, quod viderent ijus Virginis vitam & mores non in nnibus convenire, cùm tàm inſucto EI dono, ſupplicarunt P. JOANNI Cruce (cujus, illa tempeſtate, ſan-itas, & in diſcernendis Spiritibus ngularis gratia, manifeſta ubique at) ut eam examinare, & ſuum ipſis : illa ſenſum indicare placeret.

Recuſavit aliquoties vir modeſtiſ-nus, poſt tot præcipuorum totius aſtellæ Doctorum, in hoc negotio, ɛam ſententiam, hanc in ſe ſuſcipe- provinciam: victus demum ipſius everendiſſimi Patris Generalis ac ovincialis, qui recenter advenerant œn[illegible] in quo illa degebat, vi-[illegible]ri, inſtantia & authoritate, con-n[illegible]it.

Præſtituto die adeſt vir ſanctus, onialem in locutorio convenit, exa-ini initium daturus: & ecce, quæ co-

ram

ram litteratiſſimis viris intrepidè, & audaciſſimè, de re qualibet diſſerere, & ſua illos facundia, quaſi elingues reddere ſolebat, nunc in præſentia JOANNIS, preſſo obmutuit ore, nullum valens proferre verbum, quantumvis ad loquendum urgeretur.

Toto etiam cœpit contremiſcere corpore, ut ſolet reus coram Judice conſtitutus, mortis ſententiam excepturus. Cognovit vir DEI ſtatim diabolicam, quæ ſuberat fraudem, ac operam: egreſſuſquè locutorium præfatis nuntiat Patribus, Monialem illam à Satana illuſam, & ab ipſo procedere tantam illius ſcientiam & eloquentiam: ſacris Exorciſmis cum illa agendum eſſe, & multis, & validis, quia altiſſimas jam in ipſa radices egit Diabolus.

Fidem habuerunt dictis ejus RR. PP. Generalis ac Provincialis, [illegible] recedere volentem, adeò obnixè rogarunt, quatenus illam adjurandi, & animam perditam faucibus Diaboli eximendi curam ſumeret, ut renuere nequi-

quiverit. Hoc quo felicius præ-
ret, contulit ei, R. P. Generalis
nem ſuam in eam authoritatem,
clauſuram ingrediendi facultatem,
rciſmorum gratia.

Ad atrociſſimum hunc cum Tarta-
potentiſſimiſque hoſtibus confli-
m præmunivit ſe vir ſanctus, in-
i in DEUM fide ac fiducia, & de
pſo diffidentia: precibus quoquè
jejunijs, varijſque corporis affli-
ionibus; communierunt ſe illi,
petias ab inferis poſtulando, atq;
etrato (obſerva) trium legionum,
t, octodecim millium ſubſidio.

n primo adjurationis ſacræ con-
ſu, illam à Diabolis obſeſſam eſſe
tò cognovit: in altero didicit in
pueritia ſemet totam Diabolo
didiſſe, conſignato ei proprij ſan-
nis quæ Deo Sanctiſque omnibus
ntiaverat, chirographo; cum
apparens promiſiſſet linguarum
nium, artiumq; peritiam, ac ſcien-
n, omnem etiam litteratiſſimorum
ditionem, præcellentem. Hoc
obten-

obtento chirographo, innumeri quaſi Dæmones corpus ejus occupaverant, ac quilibet ſuum in eo locum: unus tamen cunctis præſidebat, cui cæteri, veluti inferiores milites Duci ſuo, parebant: & huic illa ſe potiſſimum devoverat.

Horum omnium ope, licet vel unici ſuffeciſſet, illa talis, ut ſupra vidimus, evaſit doctrinæ, ac ſapientiæ oſtentatrix: & tam impia, ut lugeret, reperiri quempiam qui DEUM, aut timeret, aut amaret.

Hac habita notitia præcepit Pater Dæmoni, qui locutus fuerat, ut ediceret, quod haberet corpus Virginis inſidentes comites, quiſq; illorum eſſet Princeps? Reſpondit hunc eſſe Luciferum, ſecumq; habere tres Dæmonum legiones. Præcepit deinde Lucifero, ut ſe ibidem ſiſteret, qui mox comparuit, ut Dæmoniacæ aſpectus, & voces prodebant. Æſtuabant minaces oculi pluſquam noſtro igne incenſi: membrorum ſe ipſa collidentium fremitus percipiebatur: totum con-

ıcitum corpus, magnaſquè minas
ns: vox ſtridens erat & horriſona.
His perterritæ, & conſternatæ, quæ
rant ſacræ Virgines, in fugam
ſæ ſeſe ſubduxerunt; quas ſecu-
fuiſſet B. Patris Socius, niſi illum
naſſet, dicendo; ne timeas, Sacer-
, cum ſis ſummi Dei. Videbatur
antes omnes diſcerpere & dilace-
velle, niſi vir ſanctus ferociam
s repreſſiſſet. Indigniſſimè fere-
, quod juſſus fuerat comparere, &
rciſmis ſacris reſpondere; hinc
rbiſſimè repetebat: *Mihi imperas
uncio? mihi Religioſule? non habeo
ervos?* juſſus à Patre ſilere, ſubito
ticuit.
oſequendo ſacros Exorciſmos Vir
tus, impoſuit energumenæ Cru-
, quam ille contemptim humi ab-
: juſſus elevare, & deoſculari, fe-
horrende fremens & ululans.
ebat Patri imperanti, cum ſuis
lis, in omnibus, arrogantiſſimus
Spiritus, ſolum corpore obſeſſo
dere recuſabat, magna pertinacia,

ac protervia dicens: *nunquam recedemus.*

Subſequenti luce, omiſſis adjurationibus, allaboravit Vir ſanctus, ut illam, propoſita immenſa Dei miſericordia, ac infinito ſanguinis Chriſti pro peccatoribus fuſi valore, ad pœnitentiam, ac peccatorum ſuorum deteſtationem, & concipiendam obtinendæ remiſſionis ſpem induceret; ut ſic primum à corde & animo ejus Diabolum excluderet. Nec incaſſum: Deo quippe miſericorditer Patris precibus annuente, & conatui ejus propitiùs favente, magnum concepit illa, cæleſti illuſtrata luce, de graviſſimis ſuis delictis horrorem ac dolorem, cum firmo vitæ melioris propoſito, & ingenti veniæ adipiſcendæ fiducia.

Advertit hanc in ipſa dexteræ Excelſi mutationem averni Princeps, ac ne eam perderet, quæ tot jam annis ſui juris ac poteſtatis fuerat, vaferrimo uſùs fuit ſtratagemate. Aſſumpto ſchemate & figura P. Joannis à Cruce, ſocijquè ejus, monaſterium acce-

accedit, ac locum petit ſacris confeſ-ſionibus deſtinatum. Interea Dæmon alius, ſub ſpecie monialis Oſtiariæ, pergit ad cellam energumenæ, ei denuntians: *jûbet Præfecta, ut quantocyus ad locum deſcendas Confeſſionum, quia Pater Joannes à Cruce te vocat, & ibidem expectat.* Deſcendit ipſa ſine mora, ſecum ſumens ſchedam in qua peccata ſua, & alia, quæ vir Dei præceperat, annotaverat. Manſit interim ſub ejus forma Diabolus, qui Oſtiariam repræſentaverat, in ejuſdem cella, ut ſi fortè illam requirerent, invenirent; nec fraus Diabolica deprehenderetur. Accedenti poſt paululum cellam ejus, ad illam viſendam Antiſtitæ, & alijs, Dæmon eam referens, reſpondit: *Dimittite me, quia litteras ſcribo Patri Confeſſario meo.*

Conſtitutâ Religioſâ energumenâ ſede confeſſionali, cæpit mox impuſ Spiritus P. Joannem repræſentans, vitiorum ſuorum illi multitudinem, ditatem, ac gravitatem: rigorque Divinæ proponere juſtitiæ,

obtento chirographo, innumeri quaſi Dæmones corpus ejus occupaverant, ac quilibet ſuum in eo locum: unus tamen cunctis præſidebat, cui cæteri, veluti inferiores milites Duci ſuo, parebant: & huic illa ſe potiſſimum devoverat.

Horum omnium ope, licet vel unici ſuffeciſſet, illa talis, ut ſupra vidimus, evaſit doctrinæ, ac ſapientiæ oſtentatrix: & tam impia, ut lugeret, reperiri quempiam qui DEUM, aut timeret, aut amaret.

Hac habita notitia præcepit Pater Dæmoni, qui locutus fuerat, ut ediceret, quod haberet corpus Virginis inſidentes comites, quiſq; illorum eſſet Princeps? Reſpondit hunc eſſe Luciferum, ſecumq; habere tres Dæmonum legiones. Præcepit deinde Lucifero, ut ſe ibidem ſiſteret, qui mox comparuit, ut Dæmoniacæ affectus, & voces prodebant. Æſtuabant minaces oculi pluſquam noſtro igne incenſi: membrorum ſe ipſa collidentium fremitus percipiebatur: totum con-

concitum corpus, magnaſquè minas agens: vox ſtridens erat & horriſona.

His perterritæ, & conſternatæ, quæ aderant ſacræ Virgines, in fugam effuſæ ſeſe ſubduxerunt; quas ſecutus fuiſſet B. Patris Socius, niſi illum animaſſet, dicendo; ne timeas, Sacerdos, cum ſis ſummi Dei. Videbatur adſtantes omnes diſcerpere & dilacerare velle, niſi vir ſanctus ferociam illius repreſſiſſet. Indigniſſimè ferebat, quod juſſus fuerat comparere, & Exorciſmis ſacris reſpondere; hinc ſuperbiſſimè repetebat: *Mihi imperas homuncio? mihi Religioſule? non habeo ego ſervos?* juſſus à Patre ſilere, ſubito conticuit.

Proſequendo ſacros Exorciſmos Vir ſanctus, impoſuit energumenæ Crucem, quam ille contemptim humi abjecit: juſſus elevare, & deoſculari, fecit, ac horrendè fremens & ululans. Obediebat Patri imperanti, cum ſuis aſſeclis, in omnibus, arrogantiſſimus ille Spiritus, ſolum corpore obſeſſo excedere recuſabat, magna pertinacia,

accedit, ac locum petit ſacris confeſ-ſionibus deſtinatum. Interea Dæmon alius, ſub ſpecie monialis Oſtiariæ, pergit ad cellam energumenæ, ei denuntians: *jûbet Præfecta, ut quantocyus ad locum deſcendas Confeſſionum, quia Pater Joannes à Cruce te vocat, & ibidem expectat.* Deſcendit ipſa ſine mora, ſecum ſumens ſchedam in qua peccata ſua, & alia, quæ vir Dei præceperat, annotaverat. Manſit interim ſub ejus forma Diabolus, qui Oſtiariam repræſentaverat, in ejuſdem cella, ut ſi fortè illam requirerent, invenirent; nec fraus Diabolica deprehenderetur. Accedenti poſt paululum cellam ejus, ad illam viſendam Antiſtitæ, & alijs, Dæmon eam referens, reſpondit: *Dimittite me, quia litteras ſcribo Patri Confeſſario meo.*

Conſtitutâ Religiosâ energumenâ in ſede confeſſionali, cæpit mox impurus Spiritus P. Joannem repræſentans, flagitiorum ſuorum illi multitudinem, fœditatem, ac gravitatem: rigoremquè Divinæ proponere juſtitiæ,

 ſimul-

ſimulque vehementiſſimè hæc exaggerare,ad eam in extremæ deſperationis barathrum præcipitandam, & impellendam ad necem ſibi conſciſcendam.

Hæc omnia, dum in illo geruntur cœnobio, revelantur divinitùs Joanni à Cruce, domi orationi dedito; ſupremum etiam perditionis diſcrimen, in quo illa infeliciſſimè verſabatur; qui protinus eò ſe contulit ad ipſi ſubveniendum.

Appulſus,petijt ab Oſtiaria, ut energumenam ad ſe advocaret. Pergit illa hoc executura; & non reperta ea in cella, nec Dæmone, qui, ut ſupra vidimus, in ejus locum ſubſtitutus fuerat, requirit tota domo, & tandem in Confeſſionali reperiens indicat; adeſſe Religioſum, qui ei loqui cupiat. Cui illa reſpondit, quod venire nequeat, quippe occupata cum P. Joanne à Cruce. Refert hoc ejus reſponſum Patri; qui ait, hoc quomodo eſſe poteſt? cum ego ſim Pater Joannes à Cruce, qui eam voco:

& ac-

x acceptis ab Oſtiariâ (hunc ob caſum tupore attonitâ) clavibus, ad ſacrum endit tribunal. Ad cujus ingreſſum liſparuit illicò Satanas ſeu pſeudo-Jonnes, cum ingenti Monialis terrore: quam accedens Vir ſanctus deprenendit inter mortis anguſtias, mœrore ac deſperatione plenam. Et hinc occaſionem ſumens demonſtravit miſellæ multiplices dolos ac technas Diaboli; ſummamquè ejus imbecillitatem, qui ſuſtinere nequeat nudam præſentiam inopis Religioſi: Dei quoquè immenſam pietatem ac miſericordiam, quâ etiam poſitivè immeritæ, tam clementer ſuccurrere voluit; quibus illa excitata novam concepit in Deum ſpem ac fiduciam, facinorumquè ſuorum deteſtationem ac pœnitudinem.

His expeditis; paravit ſe Joannes ad p[illegible]tremum cum tenebrarum principe, illiuſquè exercitu prælium: & in primo ſtatim conflictu compulit, ſacræ adjurationis virtute, modo recenſiti ſtratagematis adminiſtros, ut

proderent, cujus juſſu hoc attentare præſumpſiſſent? confeſſique ſunt, mandato Principis ſui Luciferi hoc egiſſe, ad ſibi devotam feminam in deſperationem, ac voluntariam propriamquè necem impellendam. Ac procedendo ulterius, coegit indicare numerum eorum, qui in ſubſidium illis advenerant; nomina etiam & munera, pravaſquè intentiones, ac machinationes.

Joanne rurſum exorciſmis inſtante, & acrius illos premente, reſtiterunt obſtinatiùs, palam vociferantes, *nequaquam ſe ditionem ſuam unquam deſerturos.* At vicit tandem dæmonum obſtinationem, & elationem beati viri mirifica fides ac humilitas, ardensquè divinæ gloriæ zelus; quibus munitus, redintegrato certamine, illa Orci agmina denuo adortus, poſt acres quaſdam colluctationes, campo cedere, domiciliumque ſuum deſerere compulit, ac ſede ſua malæ fidei poſſeſſores, omnes ſimul deturbavit.

Nec

Nec hac contentus, invictiſſimus Ille infernalium poteſtatum Triumphator, de ipſis victoria, quâ corpus animumquè Virginis priſtinæ reddidit libertati; ſed ne ullum deinceps illis maneret in ea jus aut poteſtas, divina adegit virtute, præfatum cruore proprio exaratum chirographum etiam reſtituere; quod in rabiem acti ac horrificè frementes & ululantes, palam, inſpicientibus cunctis, qui aderant, exhibuerunt: quod beatus vir apprehendens concremavit, atquè ita vinculum illud Diabolicum diſſolvit, ac devotum illud inferis caput in libertatem filiorum Dei aſſeruit.

Actæ poſt hæc à præfatis cœnobij hujus Prælatis, cunctisq́; ejus alumnis, rei novitate ſtupore attonitis, gratiæ Deo ſolemnes, deinde Patri Joanni, quem velut alterum *S. Baſilium* deprædicabant univerſi, ob miram in Cacodæmones poteſtatem, ac recuperatum ab illis chirographum.

Portentoſi hujus ſucceſſus meminit S. M. Teresia in quadam ad R.

M. Agnetem à JESU, ſanctimonialium Medinenſium Præfectam, ſcripta epiſtola, his verbis: P. JOANNI *à Cruce conceſſit DEUS gratiam exigendi malignos Spiritus ab energumenis. Nuperrimè hic Abulæ à quadam perſona tres Dæmonum legiones expulit.*

Ex hoc facto & tempore percrebuit adeò ſanctimoniæ, & dominij, quod in Cacodæmones JOANNES noſter habebat, fama, ut non modo in civitate degentes, verùm etiam aliunde ad ipſum adducerentur Dæmoniaci, quos omnes ab orcinis hoſtibus, & importunis illis vexatoribus, Divina virtute, penitùs exemit.

Nec corpora ſolùm, ſub idem tempus, malis Genijs inſeſſa, verum & animas vitijs, flagitijsq́; oppreſſas, mirabiliter JOANNES in libertatem vindicavit. Quod beneficij genus eò eſt diviniùs, quò difficiliùs ad animum ac rebelles hominum voluntates, quàm ad corpus miracula penetrant. Complura hujus generis ſuppetunt exempla, at unum duntaxat, cum caput

put hoc nimium excreverit, delibaſſe ſufficiet.

Mulier erat Abulæ, è numero illarum, quas *Beatas* Hiſpani per antitheſim lingua vernacula appellant, quæ violato ſacrilegè, quo ſe Deo ſacraverat, continentiæ voto, notoria turpitudine, toti civitati ſcandalum præbebat.

Hanc fuſa ad Deum oratione, è faucibus ſtygij draconis ereptam, atque ab omni ſacrilegi complicis commercio abſtractam, Chriſto ſponſo ſuo feliciter reſtituit, & ad meliorem frugem reduxit. Cujus pijſſimi facti hanc retulit Sanctus mercedem; ut quadam die ſub veſperum, domum revertens, à præſtolante eum loco opportuno, ſceleſtiſſimo ſtupratore, fuſtibus adeò crudeliter tunſus fuerit, ut humi penè ſemianimis collapſus fuerit. Hanc injuriam, & tolerantiæ occaſionem, tanta cum animi, non ſolùm patientia, ſed etiam gaudio ſuſtinuit; ut lepidè interdum diceret, *non minus ſibi dulces fuiſſe fu-*

ſtes, quam S. Stephano lapides. Et nunquam tam jucundè epulatus fuerat, quam hæc libenter Jesu Chriſti, ac perditæ illius animæ ſalutis cauſa pertulit.

Nec aliam ſumpſit unquam de inceſtuoſo hoc malefactore, quem ſummum ſuum cenſebat benefactorem, vindictam, quam Deum jugiter, grates referendo, pro eo exorare, reatusquè ipſi veniam poſtulare.

Opima hac amiſſa præda vehementius excandeſcens humanæ ſalutis inimicus, novo Joannem, ac periculoſiſſimo adoritur prælio. Et quia ſolus cum illo congredi non audet, feminam aſſumit ſociam: qua armatus, non ſemel viros ſanctiſſimos, ac cedros Libani penitùs proſtravit; ſperans hac comite invincibilem vincere, & adamantinam illius conterere virtutem, Angelicamquè labefactare puritatem. At qua feminâ? Laſciva? Sæpè hac arte & uſus, & deluſus fuerat. Devota ergo, ut cautiùs & tectiùs oppeteret, tutiùs proſterneret.

Erat

Erat inter cæteras, quibus B. Pater à ſacris confeſſionibus, juvenis admodum opulenta, nobiliſſima, formoſiſſima, quæ, libidinis face ſubijciente immundo peccatorum artifice, cœpit ardere, peramare, & deperire Joannem: adeò impotenter, ut aliquando noctu ad ejuſdem cubiculum, tunc ſolùm & ſine teſte agentem, auſu temerario prorepſerit; & fugato primùm, quem Joannes conceperat ex ejus præſentia, velut inferni monſtro, metu; ſuum illi pravum aperire deſiderium, ſuam offerre pulchritudinem, promittere opes, dulcibus illum verbis, fictis ſolicitare lachrymis; & niſi aſſentiatur, comminatur, ſibimet ipſi necem inferre, in proximum ſe puteum præcipitando.

At tot inter tentationum fluctus perſtitit ille immobilis, ut Marpeſia cautes, divinoq́; implorato ſubſidio, cœpit ſacrilegi peccati fœditatem ei exponere, offenſam Numinis, inferni cruciatus, atq́; alia ejusmodi, quæ tanto ſpiritus impetu proponebat,

ut immiſſa per aurem cor tangerent: quibus illa permota, paſſione & prætenſione cedens, ad pedes caſtiſſimi viri provoluitur: & ſuffuſa lachrymis veniam orat, & ſe imposterum puriſſimè victuram pollicetur.

Caput XI.

Carceri mancipatur, & mirabiliter liberatur.

Receptis à Joanne noſtro, memoratis, ſuperiori capite, cladibus & illuſionibus, hoſtes Tartarei immani ſævitia, & feritate illas ultum ire decreverunt; idquè duplici aggrediuntur via. Irruunt frequenter, noctu potiſſimum, magno numero, magna ferocia in cellam viri ſancti, flagellant & cedunt crudeliſſimè, atquè ita excipiunt, ut, niſi à Deo ſpeciali fuiſſet præſidio protectus, omnino interimiſſent.

Nonnunquam in forma abominabilium ſpectrorum & monſtrorum: alias ſub ſpecie ferociſſimarum beſtiarum

rum & ſerpentium comparentes, & horriſonos fremitus, rugitus, & ululatus edentes, illum perterrefacere & exanimare allaborabant.

Inaudijt non ſemel hos infernalium beſtiarum ſtrepitus Joannis Socius, & quia aliter nequibat ferventi illi orationi ſuccurrebat.

Joannes Teresiæ ſanctæ perſimilis, Crucis munitus ſigno, Acherontis agmina impavidus adoriebatur, quæ Deo ſic ad exercitium patientiæ permittente, cruciabantur ſemper magnanimi hac illius fide & conſtantia, rritabantur ſemper, non autem ſemer fugabantur: interdum tantiſper eſtituebatur, ut generosè pugnaret, gloriosiùs triumpharet.

Victus & profligatus Diabolus, niſi ſet impudens, non invaderet amius Joannem, tot illuſtrium victorum pugilem, tot laurearum athtam: ſed confidens malitiæ ſuæ nnis & artibus, illum tandem delare ac ſuperare ſperabat; cumq; do jam dicto nihil ſe proficere adver-

verteret, alio haud minus difficili ac cruento, vindictam ac victoriam de illo referre ſibi certò promittebat.

Contendit acriter pacem & concordiam utriuſque Familiæ Diſcalceatorum, & Obſervantium perturbare; & his perſuadet è re Ordinis eſſe, ſi illi abolerentur, & expedire præcipua Diſcalceatorum capita comprehendere, maximè verò P. Joannem à Cruce, & novellam hanc plantulam in ſua radice ſuccidere; ut ſubtracto lapide fundamentali tota ædificij moles corruat.

Comprehendunt ergo Abulæ anno 1577. pridie Non. Decembris P. Joannem, ejuſquè ſocium P. Germanum à S. Mathia, & hunc Moralegam, illum verò Toletum deducunt, ubi fruſtra tentata illius conſtantia, ut Excalceatos deſereret, rigido arctiſſimoq; carceri mancipatur. Is erat anguſta cellula, fœtida, adeoq; tenebroſa, ut per exiguam rimulam vix tantum lucis admitteret, quantum ſolvendo Divini officij penſo eſſet ſatis. Victus

erat

rat, modicus panis & aqua, & inter-
lum vilis aliquis piſciculus, aut ejus-
nodi reliquiæ: lautiſſimum verò ob-
onium, frequens diſciplina, acriter
li inflicta. Lectus nudi aſſeres cum
uabus antiquis, tritisque lodicibus.
t hæc quidem zelo Religionis fie-
ant, quod hanc animi conſtantiam,
ertinaciam reputarent. His acce-
ebant aliæ non paucæ corporis mo-
ſtiæ, ac vexationes.

Verum eis omnibus major erat
flictio, interna deſolatio, internæq;
nebræ, quibus JOANNIS animus,
EO permittente, involuebatur; ac-
edebant à Dæmone ſuggeſtæ perple-
tates, ſuſpiciones, & alia ſexcenta
terioris hominis tormenta, quibus
æmon hanc animam, doloribus
ndique circumſeptam, omniq; ter-
na, ac divina conſolatione deſtitu-
m, expugnare nitebatur. Et ſanè
ricula tot fluctibus agitata vix ſub-
tere potuiſſet, niſi DEO imperante
ntis & mari facta fuiſſet tranquilli-
s. Inter has animi preſſuras amo-
roſis

roſis querimonijs & ſuſpirijs cælum pulſabat, ut patet ex divino illo proxoquè Cantico, cujus hoc exordium:

Quo te condens abiuiſti,
Chare, quas in latebras?
Inſtar cervi aufugiſti,
Ut me ſauciaveras.
Mæſta, lugens, deſtituta
Sum te clamans inſequuta:
O dolor! evaſeras.

In quo Chriſtum ſponſum & ſponſam animam colloquentes inducit; quod tunc mirabiliter compoſuit, & poſtmodum integro volumine myſticè ſublimiterq́; expoſuit.

Adfuit tandem laboranti Deus, & ut quondam in ſimili occaſione Antonium, Joannem noſtrum inviſit, conſolatione animam replens, & cellulam lumine cæleſti, quem his verbis corroboravit: *Adſum, noli timere* Joannes; *ego enim te liberabo.* Adfuit non ſemel & Cælorum Regina, quæ tum præſentia ſua, tum pollicitatione auxilij afflictum recreavit.

Novies ætherea Luna periodum ſuam

ſuam compleverat, nec tamen effer-buit rigor, qui illum poſuerat in ergaſtulo. At luna Empyrea juſtitiæ Solem ulnis præſeferens, ſtellis coronata (Angelos & animas Sanctorum intelligo) ſub noctem, diem Aſſumptioni ſuæ in Cælos ſacrum, ſubſequentem, nocturnas tenebras in luciddiſſimum vertens diem, Joanni ſeſe aſpectabilem dedit, & blando maternoq́; vultu, his affatur ſolaturquè verbis: *Fili, conſtanter ſuſtine; quia brevi finem habebunt afflictiones tuæ, & gaudio repleberis. Contende ex iſto te proripere carcere, ego enim tibi opitulabor.* Quibus dictis, repente ex oculis ejus abijt, inenarrabili captivum ſuum lætitiâ cumulatum dimittens.

Cœpit exinde cogitare, de modo exequendi, quod mandaverat Virgo ſanctiſſima, & ſummam reperiens difficultatem, imò humanitùs propè impoſſibilitatem, ob duplicem, & oppidò munitam carceris portam, petijt à Domino demonſtrari ſibi evadendi modum; qui reſpondens, ad effu-

effugium etiam hortatur, & ſuam ad id opem pollicetur. Deipara quoquè, paucis interjectis diebus, quodam intra ipſam dictæ ſuæ feſtivitatis octavam, JOANNEM rurſum ſuâ dignatur præſentiâ & alloquio, præcipiens, non procraſtinare ampliùs diſceſſum: ſimulq; in viſu altam ipſi monſtrat feneſtram, per quam ſeſe demittere valeat, aliaquè ſuggerit ſubducendi ſe ſubſidia, ſuum denuò ad hoc promittens præſtare auxilium.

His præventus cælitùs oraculis, & auxilijs, JOANNES miraculosè è carcere evaſit. Arreptis namquè, & conſarcinatis geminis, vetuſtis, quas habebat lodicibus, è ſublimi, quæ ei deſignata à Diva fuerat feneſtra, ſeſe demiſit, atq; illæſus in quoddam atrium deſilijt, muris altis undiquè cinctum. Sed ecce repentè parietes mirabiliter ſe tranſcendiſſe advertit, ac lucis globo (è quo hæc prodijt vox: *Sequere me*) præeunte, ad publicam plateam deveniſſe. Ubi vidit ſe, ope Divina, liberum, ad Moniales diſcalceatas per-

perrexit, quæ pro ſalute communis Patris ſolicitæ, (ut quondam, pro divo Petro in carcere detento, Apoſtoli, Chriſtique fideles) Deum continuis precibus ſolicitabant. Commodum accidit, ita diſponente Numinis providentia, ut religioſæ Virgines Confeſſarium accerſendum curarent, ob ſubitaneam, gravemque cujuſdam monialis infirmitatem, idque eo tempore, quo Joannes ad monaſterium pervenit; hac igitur arrepta occaſione, ſepta monaſterij intravit, Virgini laboranti Sacramentum pœnitentiæ contulit, eademque opera delituit, ac indaginem Patrum de Obſervantia, qui accurrerant, & vinctum ſuum per Eccleſiam, Sacriſtiam, loquutorium requirebant, feliciter eluſit. Unde egreſſus, opera amicorum Toleto ſe ſubduxit, atq; ad Diſcalceatos Conventus Almodovarenſis appulit.

Quæ breviſſimè hoc Capite complexi ſumus, libro integro, qui Hiſtoriæ vitæ B. P. noſtri tertius, per viginti

ginti capita proſequitur R. P. Hieronymus à S. Joſeph, qui *Cap. 4.* S. M. Teresiam de his, & innocentia, ac ſanctimonia P. Joannis, ſocijq́ue ejus Patris *Germani*, in diverſis ſuis litteris differentem producit: quæ ex proprio ſenſu, & teſtimonio Sanctimonialium Incarnationis, utrumq́ue *Sanctum* prædicat; & quinq́; annorum ſpatio, quo illis fuerant à ſacris confeſſionibus, *nihil omninò unquam eas in ipſis deprehendiſſe*, ait, *quod non deceret ac probaret viros Apoſtolicos.*

Caput XII.

Indicantur, quæ obivit munia, & quæ fundavit Cœnobia.

Nihil Joanni magis erat in votis, quam ut expeditus ab omni prælatura, ſibi Deoq́; ſoli vacaret, idquè identidem ſummis precibus à Deo poſtulabat; unde cum in Capitulis ad aliquod officium eligeretur, nullum non movebat lapidem, quo ſeſe collata dignitate, & munere eximeret: advolutus ad genua Electorum, pre-

cibus

Ad Vitam S.ti Joannis a Cruce referendum, ad paginam 68.

huyus Vitæ Sinopsis Auctor Ejusdem Ordinis Carcerem ab aliis fratribus Carmelitatis passum refert, sed non quod à propriis inde toleravit. tempore

Cum Sancta Theresia esset mortua anno 1582. S. Joannes post Suam à Carcere Miraculosam liberationem, adhuc fratribus usque ad annum 1590 profuit sed tune novam atrocissimam persecutionem eum pati Voluit Deus à propriis Suis fratribus discalceatis, anno ante mortem suam quæ accidit 14 Dec. 1591, ætatis 49. ⁓
in quodam Comitio generali, Eum omni officio spoliaverunt, et ut Religionis perturbatorem Expellarunt, in quoddam Eremis Monasterium pauperrimum; denique ut ab Eo liberarentur prætextu Missionis ad indias mittere Volebant. et Jam abeundi Mandatum acceperat, cum violenti morbo, quo postea mortuus, Correptus est. tunc quidam frater Superior falsas depositiones de Ejus Vita et moribus Scribi et signari fecit, et Jam deliberatum fuerat, [illegible] Eum Religioso habitu denudare et ab ordine Expellere. attamen miserunt Eum ad Monasterium Ubeda in andalusiâ. B. Joannes hic translatus est Ulceribus in Corpore plenus. huyus monasterii Superior inimicus Ejus Erat, et Solatia omnia ei Recusare fecit. Sub ferro et igne Chirurgorum patiebatur adhuc internas animi desolationes, quibus perfectissime tandem Jesu Crucifixo Unitus, beatissimam Creatori animam suam reddidit, et tunc maxime in terris et in Cœlo Signis admirandis glorificari Eum Voluit Deus. — Sic in Cruce gloria maxima, ubi præcipuè Christus in hoc Mundo quærendus.

cibus miſcendo lachrymas, impoſitum munus reſignabat, vacationemquè efflagitabat. At noluit DEUS hanc lucernam latere ſub modio, quam ſuper candelabrum conſtitutam voluit prælucere omnibus.

Igitur ex præfato Almodovarenſi Cœnobio anno 1578. menſe Octobri, in provinciam Bæticam miſſus fuit, ut aſceterio Calvariæ præeſſet. Anno 1579. die 14. Junij SS. Patri noſtro Eliſeo Prophetæ ſacro, fundavit Beazenſe Collegium: cui etiam biennio (nec enim ulterius, ea tempeſtate, durabant ejuſmodi munia) ſanctiſſimè præfuit. Interea *Gregorius XIII.* benignè indulſit Discalceatis, poſcente *Philippo II.* eximio illorum Fautore ac Patrono, ut provinciam ab omni, Patrum Provincialium de Obſervantia, jurisdictione exemptam, erigere valerent; quod executioni mandatum, convocato Compluti Capitulo 5. Non. May, anno 1581. in quo JOANNES noſter Definitor creatus fuit: & paucis inde decur-

ſis

ſis hebdomatibus, ſimul Prior Granatenſis. Inter alia non modica, quæ huic urbi, & ſuæ Religioni, hoc in munere, eo tempore, præſtitit beneficia, fuit fundatio Sanctimonialium Discalceatarum, ſub principium penè anni 1582. iſtic facta. Confirmatus fuit, in hoc ipſo Superioris Granatæ officio, in Capitulo Provinciali Almodovari anno 1583. celebrato, & in Paſtranenſi anno 1585. Vicarius Provincialis Bæticæ, ſive Andaluſiæ, electus: quo in munere plures cœnobiorum aut inchoavit, aut promovit fundationes. Primam Religioſorum Cordubæ anno 1586. 18. May. Secundam Madriti Sanctimonialium 14. Septembris ejuſdem anni: Tertiam Mancuelæ Virorum 12. Octobr. anno 1586. Quartam Caravacæ 16. Decembr. anno 1587. Alias jam inchoatas perfecit, ut Guadalcazenſem Religioſorum, Malacetanam, & Sabiotenſem Virginum.

Anno 1588. interfuit Comitijs Generalibus à Diſcalceatis, menſe Junio.

nio Madriti celebratis; in quibus (creſcente indies Sodalium numero) juxta diploma *Sixti V.* erecta fuit, ſegregata à Patribus de Obſervantia, Diſcalceatorum Congregatio, & in has quinq; diviſa provincias; 1. Caſtellæ veteris. 2. Caſtellæ novæ. 3. Bæticæ. 4. Luſitaniæ. 5. Aragoniæ. In his quoque Comitijs creatus fuit primus Definitor Generalis N. P. JOANNES à Cruce, quo munere triennio functus fuit.

Mirum quanta integritate, prudentia, ac ſanctitate: quàm eximio ſubditorum profectu, atq́ue animorum ſatisfactione, hæc munia adminiſtrârit: quàm rara virtutum exempla, quàm inſignem probatæ ſanctitatis famam, apud omnes reliquerit! quam multa, & miranda, in his omnibus locis & officijs, DEUS per illum miracula & prodigia, patrârit. Quàm frequenter his temporibus Prophetiæ dono, felicioris regiminis cauſa, mirificè illuſtratus fuerit, uberiùs tradunt vitæ ejus Hiſtorici.

Caput XIII.

Virtutes Theologicæ, quibus mirificè locupletatus fuit.

LUbet carptim illius virtutes delibare, nam ut minutatim omnes explicentur, res eſt operoſi voluminis, non contracti, quale hoc eſt vitæ Compendij: quas SS. D.N. *Clemens X.* in beatificationis ejus diplomate, his commendat verbis: *virtutibus tam Theologicis, quàm moralibus in gradu heroico ſervus DEI Joannes de Cruce multipliciter claruit.* Occurrunt primo virtutes Theologicæ, quas ut præcipuas præcipuè coluit.

§ I. *Fides.*

FIdem vivam ſpirant, & apertè loquuntur, ab ipſo conſcripti libri, qui nihil aliud eſſe videntur, quam imago quædam, & commendatio hujus virtutis. Eam adeò firmam, inter medias tenebras habuit, ut nihil indigeret eorum, quæ aut fulcimentum adferre ſolent, aut ſolatium.

Idcir-

Idcircò in oratione minimè appetebat internas dulcedines, viſiones, revelationes, aliaque hujuſmodi: quin potius ariditates, deſolationes, afflictiones, &c. Circa myſteria SS. Trinitatis, Incarnationis, ac venerabilis Sacramenti, talis in eo erat Fidei vigor, & vivacitas, ut ea potiùs intueri, quàm credere videretur; quemadmodum pluribus manifeſtiſque conſtat exemplis; quæ in prolixiori vitæ illius Hiſtoria recenſentur.

Hinc procedebant aſſidua illa, & incenſiſſima deſideria, quibus quamlibet Fidei veritatem, per medios ignes, & gladios profiteri peroptabat. His ut aliquatenus ſatisfaceret, & ſuos ſimul ſubditos ad eandem pro Chriſto ſanguinem fundendi cupiditatem accenderet, curabat non rarò in nonnullis feſtivitatibus, ut eos religioſiùs oblectaret, quoddam Martyrij ſimulacrum exhibere: in quo unus tyranni imperantis, alius Martyris fortiter ſe periculo obijcientis, alius accuſatoris, alius deniquè carnificis necem inferen-

ferentis perſonam agebat. Beatus Pater Martyris plerumque perſonam referebat, & ex ardore, quo martyrium deperibat, carnifices ignaviæ arguens, verbis incitabat, & nonnunquam præcipiebat, ut non diſſimularent, ſed munus ſuum ſeriò obirent: quibus, ſi acriter cædendo cruorem elicuiſſent, totus exultabundus, grates impenſiùs agebat.

Hoc quoquè ſpiritu impulſus, cum Patres in Indijs occidentalibus degentes, duodecim Religioſos in ſubſidium ſibi deſtinari poſtulaſſent, in Comitijs generalibus anno 1591. Madriti celebratis, ad hoc ſe iter, & Apoſtolicum miniſterium promptum exhibuit; quo poſſet infidelium miſerè pereuntium ſalutem procurare, fidem Chriſti propagare, & aliquam martyrij occaſionem adipiſci.

Accepta fuit Capituli Patribus hæc P. Joannis petitio, eumque in finem Mexicanæ Præfectum provinciæ eum crearûnt, facultate ipſi data, undecim ſocios conquirendi, ac ſecum illuc deducen-

ducendi. Verùm cum benigniſſimus Deus, hoc eodem anno Joannem noſtrum ad cæleſtes Indias evocare decreviſſet, morbo correptus, hoc ab itinere prohibitus fuit.

§. II. *Spes.*

Spes ejus, quippe in Fide fundata, erat immenſa, quam non ex anguſtijs humani cordis, ſed ex immenſitate divinæ Omnipotentiæ metiebatur. Hinc identidem dicebat: *O ſpes cæleſtis, quæ tantum obtines, quantum ſperas.* Quibus verbis, divina quadam efficacia ab ipſo prolatis, & explanatis, audientium animos, hac in virtute mirè firmabat, & creſcere faciebat; & adverſus omnem diffidentiam, in cunctis periculis & adverſitatibus, communire, & corroborare ſolebat.

In ſuis monaſticis exhortationibus frequenter ingerebat, ſpem atque in Deum fiduciam, patrimonium eſſe pauperum, præſertim Religioſorum, qua potius, quàm curis alijs, aut humanis induſtrijs, ac ſolicitudinibus

niti eos ſuis in neceſſitatibus oporteat.

Hinc, ubi de rebus domeſticis providendis agebatur, ajebat: *novit Dominus quibus indigemus, noſtrum eſt ei fideliter ſervire, ipſius vero nobis providere.* Atquè ita jactans ſuper Dominum curam ſuam mirabiles divinæ Providentiæ effectus non ſemel eſt expertus. Juvat uno alterove, miſſis pluribus, hoc exemplo patefacere.

Cum collegium Baëzanum, cui Vir ſanctus præerat, ſumma rerum neceſſariarum penuria aliquando premeretur, acceſſit illum Procurator hanc exponens inopiam, unaque poſtulans facultatem foras prodeundi ad neceſſaria conquirendum. Cui B. Pater reſpondit: *Dominum domi habemus, qui cuncta nobis neceſſaria ſuppeditare & vult, & valet: ex tempore, quod plateas obeundo, benefactoreſq; moleſtando, inſumi oporteret, ſpatium aliquod orationi & Deo tribuamus, in cujus manu ſunt corda hominum: hunc ſi propitium habuerimus, excitabit benefactores, nobis etiam*

inſciis, nec ſolicitis, ad abundanter nobis ſuccurrendum. His dictis, dimiſſoque Procuratore, SS. Sacramentum acceſſit, deprecaturus DEUM pro hujus remedio neceſſitatis. Res mira! brevi adfuerunt, qui res omnes tunc neceſſarias affluenter ſubminiſtrarunt.

In hoc ipſo collegio accidit alias, ut hora prandij, nihil omninò ſuppeteret, quod Religioſis apponeretur; quos Vir ſanctus ad fiduciam in Domino collocandam cohortatus, jejunos dimiſit. Vix triclinium egreſſi fuerant, & ecce ad portam collegij duo juvenes comparent, cum caniſtris panis, ciborumque copia inſtructis.

Nec Baëzæ ſolùm, ſed alibi quoque idem non ſemel evenit. Granatæ, dum Priorem ageret, acceſſit die quodam ſub veſperum P. Auguſtinus à S. Joſeph, cœnobij Proviſor, ſignificans B. viro, nihil ad veſcendum in ſequentem diem ſupereſſe, proinde neceſſario ſolicitudinem de victu conquirendo gerendam eſſe. Cui vir DEI: *Habet Dominus ſufficiens adhuc*

tempus ad nobis proſpiciendum ; nec tam citò illum incuſare oportet. Cœnavimus, DEO ſint grates, hoc veſperi, & qui hodie cœnam præbuit, cras præbebit & prandium. Nec aliud ſubſequenti luce præſtari voluit, quam DEO neceſſitatem hanc committere, ipſiq́; fidere, cùm de affuturo cælitùs ſubſidio nil prorſus ambigeret.

Neq́; inanis fuit ſancti Prælati confidentia. Primò etenim diluculo accedens vir quidam, Janitorem interrogat, quanam neceſſitate Conventus laboret? *Duxi*, inquit, *ego hanc noctem inſomnem, ob vocem identidem mihi exprobrantem : Tu delitijs rebuſq; ſuperfluis affluis, & Religioſi monaſterij Martyrum* (id erat illi nomen) *rebus etiam neceſſarijs carendo patiuntur.* Percepta ab Oſtiario inopia, quâ premebatur, liberaliori illam eleemoſyna ſublevavit.

Porrò licet cœnobia ipſius concredita curæ, ob eximiam ejus in DEUM fiduciam, rerum neceſſariarum copia plerumq́ue affluerent; adeò, ut etiam

alijs

alijs penuria preſſis, & egenis ſubvenire poſſet, nonnunquam tamen Omnipotens ad experimentum Evangelicæ paupertatis, & JOANNIS in ſe confidentiæ, permittebat ea, extremam prope rerum omnium incurrere carentiam; at nunquam illa deſtituit, ſed prodigiosè ſemper & opportunè ſuccurrere conſuevit.

§. III. *Charitas.*

CHaritatem quis dignè commemoret? hanc in JOANNE noſtro Seraphicam fuiſſe tradit inter alios R. P. Joſeph à JESU MARIA *Lib. 1. vitæ ejus Cap. 27. & plur. ſubſeq.* exponendo qualitates ac conditiones amoris Seraphici, & his ejus amorem, quantum præſentis vitæ ſtatus permittit, præditum fuiſſe demonſtrando. Producit ad hoc confirmandum, viſum illud mirificum, quo in altiſſima aliquando contemplatione ſuſpenſo, ſpectandum ſe ei dedit Angelus, è Seraphinorum Ordine, ſub forma ignis incenſiſſimi apparens, qui Seraphico

amoris incendio animam ejus mirabiliter inflammavit ; legenda, quæ de Seraphico hoc incendio & amoris divini vulnere ipſe Sanctus accuratè diſſerit, in Opere , *Viva amoris flamma*, nuncupato, *Cantu 2. verſ. 2.* ubi ſuppreſſis ſuo nomine ac perſona, hunc animæ ſuæ ſtatum graphicè deſcribit.

Videtur in hoc , ut in alijs penè omnibus gratiæ donis, Deus Joannem noſtrum S. Teresiæ aſſimilare voluiſſe, cujus præcordia ignito jaculo Seraphin trajecit & incendit.

Interibat profectò, ut alias Teresia , quod interire non poſſet , ut optatiſſima Dei præſentia, ſolutis hujus vitæ corporiſquè vinculis , frueretur. Vehementer conquerebatur, & deceſſum impotenter flagitabat, quod ſatis produnt hi illius verſus è ſtatim laudato libro , *Viva amoris flamma.*

Semper, ô vivax in amore flamma!
Quam ſaporoſis teneriſq; centrum.
Saucias plagis animæ profundum!

Non

Non velut quondam crucias moleſta:
Si placet, finem facito, & ſuavis
Hujus occurſus celer inchoatam
Rúmpito telam.

Cum verò inter primos amoris effectus unus & præcipuus ſit ecſtaſis: anima quippe, amoris impetu acta, extra ſe fertur, in id quod ferventer amat ſemper exæſtuans; hinc adeò frequentes illius ecſtaſes ac raptus, quos tamen miris modis, ex ſingulari animi modeſtia, maximè coram alijs conſtitutus, impedire conabatur.

Non raró animi ardor & ſplendor in externam faciem, & corpus redundarunt: quod ſolis inſtar cæleſtis lucis radios emittebat; & inter hos aliquando ejus caput, diadema è clariſſima compoſitum luce, coronabat. Nonnunquam etiam quaſi flammas è vultu ejus procedere alij viderunt. Conſulendus R. P. Hieronymus à S. Joſeph *Lib. 3 & 4. C. 15. Lib 5. C. 3. 4. 12. & 15. & Lib. 6. C. 3. 4. & 9.*

Quadam etiam vice dum coram infantuli Jesu effigie, Religioſos adhor-

taretur, viſi ſunt radij miri ſplendoris è vultu pueruli prodire, atq; in ipſum tendere; inde reſilire in auditores, quo pateret verba cæleſtis hujus viri ſcintillas eſſe, non tam ſuo, quam Dei ore egreſſas. Et verò (quod de S. P. N. Elia *Eccl. 48.* legimus) *verbum ipſius quaſi facula ardebat*, quo animos auditorum incendebat, trahebat, rapiebatque. Unde paſſim apud alios audiebat, *divinus Incantator, Seraphin carne indutus*. Non pauci pietate & eruditione clari aſſerebant, Joannem à Deo deſtinatum in magnum mortalium bonum ac ſpiritualem profectum: ipſumq; eſſe fidem in opere, & doctrinam Chriſti in facto. His & conſimilibus loquendi formulis viri graviſſimi declarabant, quàm de Joanne conceperant exiſtimationem.

Mira ſunt & ſtupenda, quæ de ejus in Deum proximumq; amore, deque eximio, quem & Religioſi & ſæculares, ex illius ſermonibus & commercio referebant fructu, compluꝛes depoſuêre idonei teſtes, à locorum Ordinarijs exa-

examinati, cum authoritate Pontificia, pro ejus Canonizatione Proceſſus formarentur. Diſſerit de hac ejus Charitate copiosè præfatus P. Joſeph *Lib. 1. per undecim capita*, ſcilicet à *Cap. 27.* uſquè ad *Cap. 38.* Legendus quoq; P. Philippus Maria *Lib. 2. vitæ ejus Cap. 12.* Ubi rara & heroica Charitatis ejus erga ægros, egenos, & inopes, atq; ipſos etiam inimicos, adducit exempla.

Lubet caput hoc obſignare, velut gemma ſigillari, verbis ſanctiſſimæ M. TERESIÆ, à propoſito noſtro non alienis, deſumptis è Litteris ejus ad V. M. ANNAM à JESU, cœnobij Diſcalceatarum oppidi Veas Præfectam datis, expoſtulantem de penuria Directoris ſpiritualis, cui animæ ſuæ ſinus aperiret.

Faceta, inquit, *mihi fuit filia, querimonia tua, videns quàm immeritò conquereris; quandoquidem inibi habes meum* P. JOANNEM à Cruce, *hominem planè* CÆLESTEM, *atq;* DIVINUM. *Equidem dico tibi, Filia mea, quod poſt ejus*

abhinc ad vos diſceſſum, neminem illi ſimilem reperi in toto Caſtellæ regno, qui tantum animabus fervorem addat in via cœleſti. Vix credi poteſt, quantam ob illius abſentiam ſolitudinem patiar. Animadvertite magnum vos ibi habere theſaurum in iſto SANCTO *Viro. Omnes iſtius monaſterij moniales agant, & cum ipſo animarum ſuarum negotia conferant, & ſic liquidò cernent, quantum profectum in ſpiritu, & perfectione inde accipient. Contulit quippe illi Dominus ad dirigendas animas, donum & gratiam ſingularem.* Hactenus TERESIA.

CAPUT XIV.

Aliæ virtutes heroicæ.

§. I. Religio.

THeologicarum virtutum veſtigia Morales pari paſſu inſequuntur; quarum nobiliſſima eſt Religio (quæ & Theoſebia, & Euſebia nominatur) per quam debitus cultus & reverentia Deo exhibetur. Hujus virtutis praxim

xim adeò ſibi reddiderat familiarem, ut omne penè vitæ tempus illi impenderet. Præcipuas anni ſolemnitates, præſertim Chriſto Domino, Deiparæque Virgini dicatas, ſolito majori celebrabat pietate, totus omninò immerſus, & abſorptus contemplatione myſteriorum, quæ ab Eccleſia per eas repræſentantur; quas externo quoque cultu ac veneratione à cæteris diſcerni volebat.

Officium divinum ſive recitaret cum reliquis in Choro, ſive extra illum, negotijs urgentibus præpeditus, ſumma ſemper reverentia ac devotione perſolvebat; quam externa etiam corporis habitudine manifeſtabat. Nunquam non niſi flexis in terra poplitibus extra Chorum, etiam in itinere, & diverſorijs agens, illud orare ſolitus.

Orationi, quæ hujus eſt virtutis actus, adeo deditus fuit, ut tota ejus vita continuatum orationis exercitium fuiſſe videatur. Huic non ſolùm horis præſcriptis cum alijs, verùm

etiam toto ferè reliquo diei tempore, & inter ipſas quoque externas occupationes, jugiter vacabát. Hujus rei, præter complura teſtimonia, fidem facit violentia, quam ſibi inferre cogebatur, cum rebus aliis vacandum erat: quia animum in Deum, velut transformatum, à corpore, cunctiſq; rebus viſibilibus alienum, in corpore gerere videbatur. Tanto etiam impetu mens ejus, inter orandum in Deum ferebatur, ut non rarò corpus quoque ipſum ſurſum ſecum ſublevaverit, & in aëre ſuſpenſum detinuerit.

Inter cætera Catholicæ fidei myſteria, auguſtiſſimum SS. Trinitatis impenſiùs venerabatur; de quo adeò ſublimiter, ac dilucidè diſſerebat, ut audientium animos in admirationem raperet, & intellectum eorum in illius cognitione mirificè illuſtraret, ac voluntatem ad cultum ejuſdem vehementer inflammaret.

Videbatur non diſparem ac S. Teresia cælitùs adeptus hujus myſterii

rij notitiam ; de qua ipſa ſic loquitur : *Deprehendit anima ſe momento citius ſapientem , adeoq́ perſpicuè ſibi declaratum SS. Trinitatis myſterium , reſq́ alias ſublimiſſimas , ut cum quolibet Theologo de horum magnalium veritate diſputare non formidaret.* Hoc ipſe aliquando confeſſus fuit cuidam ſibi admodum familiari, his verbis : *Tam ſublimem confert Divina Majeſtas huic peccatori SS. Triadis cognitionem , ut niſi meam ſimul divinitùs corroboraret imbecillitatem, vita excedendum mihi foret.* Hinc procedebant raptus & ecſtaſes, quos de hoc myſterio ſermocinando patiebatur, ut vidimus *ſupra Cap. 9.*

Frequenter miſſam de SS. Trinitate legebat , idq́; ſumma ſemper devotione, ob ſingulariſſimos, quos tunc à tribus illis divinis Perſonis percipiebat, favores.

Ad ſacratiſſimam Chriſti Servatoris noſtri humanitatem, ſingulaq́; ejuſdem myſteria, nativitatis præſertim, paſſionis, ac mortis impenſiſſimè afficiebatur ; quod luculenter prode-

bant,

bant, validiſſimi amoris impetus, quibus, dum de his mentio incideret, extra ſe abripiebatur. Hunc quoq; ejus affectum indicare videntur Chriſti infantis, patientis, & crucifixi, quæ in ſacræ carnis ejus particulis apparent, ſacræ imagines, de quibus infra *Cap.20.* diſſeremus.

Omnem verò excedit eloquentiæ vim pietas ejus in diviniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Non aliter verſabatur in ejus præſentia ac ſi latentem ſub ſpeciebus ſacris Divinam Majeſtatem corporeis intueretur oculis. Majorem diei ac noctis partem in oratione coram ſacroſancta Euchariſtia conſumebat: & ſuadentibus aliquando aliis, ut nonnihil quieti inindulgeret, reſpondebat, ſe ſuam illic requiem, ſolatiumque reperire. Hic in quibuſcunque neceſſitatibus, ac difficultatibus opem præſidiumquè, & requirebat, & obtinebat. Hinc ubicunque degeret cellam ambiebat aræ maximæ proximam; quæ quo ei erat vicinior, eo ipſi gratior;

quam-

quantumvis alias anguſta, obſcura, atq; incommoda.

Feſtum ſanctiſſ. Corporis Domini, ea ſemper peragebat pietate, animiq; exultatione, ut ad conſimilem alios quoquè invitaret: & mirabilia ejus in concione exponendo, in mentis exceſſum non infrequenter rapiebatur, ſuſpenſuſque haud parum hærebat. Non diſpares raptus, & ecſtaſes ſub Miſſæ ſacrificio patiebatur, in quibus Sacramento velata Majeſtas divina, adeò copiosè & ineffabiliter, ut aliquando ipſe confeſſus fuit, ſe ei communicabat, ut Miſſam perficere vix poſſet; ideòque nonnunquam ad altare accedere metueret.

Celebrando die quodam Baëzæ ſenſit vehementem ſibi imminere mentis exceſſum, quem impedire licet validè niteretur, non tamen valuit; hinc poſt ſumptum Chriſti ſanguinem, calicem adhuc manu tenens, ſine ullo motu ſuſpenſus haud modico hæſit tempore; attoniti rei novitate cuncti, qui aderant, cum vir DEI ad ſe rever-

reverſus, non advertens Miſſam nec-dum eſſe finitam, in ſacriſtiam redire vellet, cœpit mulier quædam, ſancti-tatis fama illuſtris, contentiori voce dicere: *vocentur Angeli, ut Miſſam hanc abſolvant, quia ipſi ſoli ea poſſunt devotione illam perficere, qua ſanctus ille exorſus, ac proſecutus fuit; cum ipſe ad hoc nunc non ſit idoneus.*

Admoniti de eo quod acciderat Religioſi, miſerunt Sacerdotem, ut ipſi adeſſet, quo perficere valeret, quod deficiebat, & in ſacriſtiam re-duceret.

Plures quoquè non ſemel conſpe-xerunt, dum ſacris operaretur, pro-deuntes è Sacrario, peractaquè con-ſecratione, è ſacra quoque hoſtia, mi-ri ſplendoris radios, virum ſanctum circumdantes, & illuſtrantes; vul-tumque ejus ſolis inſtar radiantem.

Solebat plerumque ſacrificio com-pleto in hortum, aut loca ſolitaria recedere, ne ab alijs raptus, & amoris impetus, quibus, eo tempore, in Deum ferebatur, animadverti poſſent.

Non

Non diſpari pietate Cælorum Reginam, nec enim poteſt, nec debet à Filio mater ſeparari, Joannes noſter proſecutus fuit. Eam ab infantia, & propitiam ſemper expertus fuit matrem, & in matrem perpetuò colendam aſſumpſerat; & prius expertus, quam aſſumpſiſſet. Ex quo tempore in lacunam & puteum lapſus, ab ea (ut *ſupra Cap 2. & 4.* conſpeximus) admirabili pulchritudine conſpicua, apparente, imminenti exitio exemptus fuit, tali cœpit in illam affectu ferri, ut in omnem vitam reliquam perduraverit: quem mirificè ſemper augebat, ſola recordatio incredibilis illius decoris, ac majeſtatis, menti illius indelebiliter impreſſæ, qua ſe ei tunc conſpiciendum objecerat.

Ingenti perfundebatur gaudio, dum aliquam ejus cerneret effigiem, erga quàm, miris ſemper modis, ſuum manifeſtabat affectum: Carmelitanam præ cunctis alijs elegit Religionem, quia tota quanta Mariana.

Quo-

Quotidie flexis recitabat genibus ejus Officium. Solemne ipſi erat, in publicis concionibus, ac familiaribus colloquijs Divæ inſerere laudes, producere excellentias, extollere chariſmata, commendare beneficia, ac prodigia: quod tanta affectus præſtabat teneritudine, tanta verborum ſuavitudine, ut mirum in audientibus ſtuporem, & ſummam excitaret devotionem.

In cunctis eum laboribus, & afflictionibus Mariæ recreabat memoria, ſublevabant cum illa colloquia: in cunctis neceſſitatibus ad ipſam velut filius ad matrem confugiebat; nec inanis unquam ejus fuit fiducia; cum præſentiſſimis ſemper adfuerit ipſi præſidijs: argumento ſint, & ſupra relati, & mox referendi caſus plane prodigioſi: licet potiorem horum beneficiorum partem, Joannis demiſſiſsima humilitas, notitiæ noſtræ ſubduxerit.

Quodam in itinere, cum amnem, cujus vadum ſolitò fecerat altius imbrium

brium copia, tranſiret, concidit unâ cum jumento, cui inſidebat, in profundiores undas, velut in certam mortem; ſed ocyus implorata præſto fuit Diva, quæ apprehenſo Joannis pallio, ad ripam incolumem eduxit.

In pari quoquè vitæ diſcrimine, ſervavit illum Cordubæ, cùm murus cellæ ejus vicinus, fatiſcens corruiſſet, & illam prorſus oppreſſiſſet. Deprehenſus quippe fuit, cum omnes à ſuperfuſa lapidum ruderumq; mole extinctum crederent, illis remotis, non modo ſpirare, ſed etiam valere, nulla ſui parte læſus. Sciſcitantibus, qui accurrerant Religioſis, admiratione ſtupefactis, *qua ope, quâve ratione, tali oppreſſus muri ruina ſoſpes evaſiſſet?* reſpondit: *Albi pallij Dominæ* (ita Deiparam Virg. quæ illo amicta, ipſi apparere conſueverat, & in ſacra ejus carne illud gerens etiamnum cernitur, appellabat) *favori ac tutelæ hoc adſcribendum.* Quod vehementer auxit cunctorum lætitiam.

Fre-

Frequenter etiam immiſſa cælica ſpecioſiſſimaque luce, tenebricoſum carcerem ejus illuſtrando, quâ nonnunquam tota refulgebat nocte, amanter conſolari dignata fuit.

Dies ab Eccleſia Virgini dicatos incredibili peragebat pietate. In delitijs erat immaculatè Conceptæ feſtivitas, ob incomparabile DIVÆ in ea collatum privilegium. Cujus myſterium ſub typo nubeculæ quaſi veſtigiũ hominis è mari aſcendentis (*3. Reg. 18. Cap.*) ſanctiſſimo vati ac protoparenti noſtro ELIÆ divinitùs revelatum fuit; & ab illo ſuis aſſeclis ac poſteris manifeſtatum; qui in monte Carmelo omnium Chriſti-fidelium primi in honorem ejuſdem Deiparæ Virginis, immaculatè Conceptæ templum erexerunt, eiq́; dicarunt, ut tradunt, cum alijs, Ordinis noſtri Hiſtoriographi.

Promeruit hæc illius erga hoc myſterium Mariana pietas, ut in carne ejus, inter cæteras Deiparentis imagines, immaculatæ Conceptionis fre-

frequentiùs appareant: & in feſti hujus profeſto, die 7. Decembris, anno 1591. feliciſſimum, à puriſſima Virgine, de die & hora obitus ſui, ſequenti Sabbato futuri, audire nuntium: de quo infra uberiùs agendum.

Quos ex alijs Cælitibus potiſſimum coluerit, inſinuare videntur, prodigioſæ illæ Sanctorum apparitiones, quæ in nonnullis venerandæ carnis ejus particulis, conſpiciuntur: in his præcipui exiſtunt *S. Joſeph* ſponſus Deiparæ Virgin. *S. Elias* Propheta, *S. Joann. Baptiſta, S. M. Tereſia* &c. ut *Cap. 20.* videre erit.

§. *11. Humilitas.*

HUmilitas ejus tanta fuit, quanta opus erat, excelſo ſanctitatis ædificio ſuperſtruendo. Tam altè inſederat hæc virtus JOANNIS animo, ut ſicut ij, qui ſpiritu ſuperbiæ propriæquè æſtimationis aguntur, verbis & operibus inanem ſemper apud omnes laudem ac gloriam quærunt, & au-

& aucupantur; ita ille ab omnibus vilipendi, & deſpici perpetuò affectabat & exoptabat: nec illi majori ſtudio proprium contemptum horrent ac vitant, quam ipſe eum ambiebat ac quærebat. Quod ſanè luculentum ſublimis valdè humilitatis eſt argumentum.

Cuncta opera, verba, vultus, amictus, & quidquid demum in illo erat, humilitatem ſpirabat maximam: ſibi vilis & abjectus, nihil unquam, quod propriam laudem redoleret, aut ipſe loqui, aut alios loquentes audire poterat. Cum aliquando Religioſus quidam labores, quos in promovenda Ordinis reformatione pertulerat, recenſeret, utraque manu aures obduravit, obſecrans non iſta ſed peccata ſua potius referret.

Alteri alterius Ordinis Religioſo, genere & munere ſpectabili, qui (quod Vir ſanctus vitam commendaret ſolitariam) cùm dixiſſet, videri eum ruſtici filium; reſpondit Dei famulus: imò tanti non ſum, quin poti-

potius filius pauperculi cujuſdam textoris; quo reſponſo non ſolum ille confuſus, ſed adeo etiam compunctus fuit, ut ex eo tempore fuerit B. Patri addictiſſimus, & præco ſanctitatis illius eximius.

Divinas affectiones, mentiſque exceſſus accuratiſſimè celabat; & ne ab alijs cerneretur, raptibus publicè ſubeuntibus, qui aliquando, ut diximus, corpus è terra ſublevabant, omni conatu, licet frequenter incaſſum, renitebatur.

Miracula quæ patrabat, & multa, & magna, aut extenuabat, aut cauſis alijs attribuebat: & quando hoc nequibat, illorum conſcijs ſeveriſſimè præcipiebat, ne unquam alijs manifeſtarent, volens præcavere, omnem inde emergentem propriæ laudis, ac gloriæ occaſionem.

Tria ſolitus erat à Deo poſtulare. *Primùm*, labores & afflictiones. *Secundum*, ne Prælatus exiſtens è vita migraret. *Tertium*, quod profundiſſimæ humilitatis indicium præbet, ut

abjectus ac deſpectus viveret ac moreretur.

Cum in Segobienſi cœnobio, ante imaginem Chriſti Domini, Crucem bajulantis orationi vacaret, hanc ab imagine prodeuntem audijt vocem: *Joannes, quid vis pro toleratis mei cauſa ærumnis & laboribus?* & ille: *pati Domine, & contemni pro te.* O rara petitio! O optio ſingularis! ac non niſi ex intimo tum patiendi, tum contemptus deſiderio nata. O votum! O deſiderium Seraphico amori, & Apoſtolico dignum pectore! quis tali delata ſibi eligendi, & poſtulandi facultate, ſimile quid unquam elegit, aut petijt? Petijt Moyſes videre faciem Domini: Samaritana aquam vivam: Philippus oſtendi ſibi Patrem: Joannes & Jacobus primas ſedes: Petrus morari in Thabor: Angelicus Doctor ipſum Dominum; & S. Tereſia *pati aut mori*; at Joannes noſter ſingulariſſimo afflatus Spiritu, non gloriam, nec requiem: nec conditionaliter *pati* aut *mori*, ſed abſolutè

lutè & determinatè *pati & deſpici*, idq́ue pro præmio ſuorum laborum, ac ſtipendio præteritarum perpeſſionum.

§. III. *Paupertas.*

PAupertatis fuit obſervantiſſimus, quæ ab omnimoda quadam ſpiritus nuditate, ipſi adeo propria, quamque tantopere in ſuis commendat libris, procedebat. Morabatur plerumque in viliori & ſtrictiori Conventus cellula; cujus ornatus Crux lignea: tota ſupellex, Breviarium, Biblia ſacra, diſciplina, & cilicium. Habitus illi rudis, vetuſtus, reſarcitus, mundus tamen. Pedes, niſi obſtaret adverſa valetudo, iter agebat, mendicato victitans, & relictis hoſpitijs lautioribus, quæ ultro offerebantur, pauperiora requirebat, nunquam non fugiens opulentiam, & vitæ commoditates.

In Conventuum fundationibus nullos reditus admittebat; ſi quando delicatiora aliqua à benefactoribus

ſubmitterentur, nec eſſent infirmi, quorum uſibus ea deputari ſuaderet charitas, reſtitui curabat, aſſerens; nefas eſſe Carmelitis Diſcalceatis, dum valerent, uti ſimilibus blandimentis. Operoſum foret nimis, creberrimas occaſiones, in quibus modo planè heroico, Apoſtolicam hanc exercuit virtutem, recenſere: videri poterunt apud vitæ ejus Hiſtoricos, maximè P. Hieronymum à S. Joſeph *Lib. 2. 3. 4. 5. & 6. in diverſis Capit.*

§. IV. *Caſtitas.*

VIſus eſt Vir beatiſſimus in carne ſine carne vivere, ita alienus ab omni impreſſione luxuriæ ut cælum diceres, aut Olympi verticem, quem turbidæ tempeſtates non tangunt. Invidus huic felicitati ac puritati ejus teterrimus Satanas, acerrimè impugnavit, inſidias ſtruendo, per feminas juvenes, nobiles, formoſas; at irrito ſemper conatu. Hoc vidimus ſupra *Cap. 10.* & nunc denuo conſpiciemus.

Cum

Cum aliquando in itinere hoſpitij cauſa ad divitem quendam ſæcularem divertiſſet, mulier quædam juvenis & audax, à Cacodæmone incitata, JOANNEM noſtrum ad libidinem provocare nefario præſumpſit conatu. Hæc concubia nocte cæteris ſomno ſopitis, Patris cubiculum ingreſſa, incautum & decumbentem aggreditur, & velut tigris rabida vult illo vel invito potiri. Laſciva ſua eidem aperit deſideria, monet fruſtra ſanctitatis ſpeciem obtendi, minas addit, niſi ſibi ſatisfaciat, è proprio ſe cubiculo inclamaturam, quod vim ſibi inferre tentaverit.

His dictis, ſe ſtrato (quanta audacia! quanta temeritas! in quo Vir ſanctus cubabat, immittere voluit. At infernalem hanc mulieris impudentiam advertens Pater, confeſtim ſtrato proſilijt, veſtitus ut erat (nunquam enim extra cœnobium, & in illo rariſſimè, aliter cubabat) ac verbis illam adeò efficacibus adoritur, ad DEI timorem continentiamque

 ad-

adhortando, ut quæ libidinis igne, opera Satanæ excitato, vehementer inflammata advenerat, ad proprium redierit cubiculum, illo ſopito, magno pudore affecta, divino timore amoreq́ue ſuccenſa.

Plures conſimiles, in non diſſimilibus congreſſibus, reportavit de Satana, carneq́ue triumphos: de quibus in beatificationis ejus Diplomate *Clemens X.* Chriſti Vicarius, *præclaros*, inquit, *retulit de carne in carne triumphos.* Imò, quod ſummopere mirandum, JOANNES noſter alijs quibuſcum agebat, ſola præſentia ac converſatione puritatem imprimebat: erantq́ue antidotum contra impuras immundi Spiritus tentationes, quæcunq́ue corpus ejus caſtiſſimum aliquando contigiſſent.

Quis credat, mulierem carnis ſtimulis agitatam, viri vel præſentiâ, vel memoriâ ſuæ caſtitati poſſe conſulere? & tamen reperta eſt, è nobiliſſima orta proſapia, Religioſa, ab immundo Spiritu vexata, quæ ſola ejus

ejus recordatione caſtitatis ſuæ munimen, & quæſierit, & invenerit.

Nec minus mirabile, quod de alia femina, Eliſabeth nomine, generis quoque claritudine illuſtri, cui vir Dei à ſacris erat confeſſionibus, refertur à R. P. Philippo Maria *Lib. 2. Cap. 4.* Hæc acerrimè & penè continuè â laſciviæ ſpiritu infeſtabatur, adeo ut frequenter tota ardere libidinis igne videretur. At quoties, res mira! coram B. Patre comparebat, ab illo incendio, ac omni infeſtatione, ſe planè immunem ſentiebat; & per ſacra ejus verba flammas illas Satanæ prorſus reſtingui. Sed breves admodum concedebat illi tartareus hoſtis inducias: domum quippe reverſam, rurſus atrocius invadebat, impugnabat, inflammabat.

A periculoſo hoc, & permoleſtò conflictu, ut ſe tandem penitùs eximeret, petijt ſecretò, & obtinuit, cùm inſignis eſſet monaſterij benefactrix, vetuſtum quendam B. Patris habitum, quem ſub proprijs indu-

mentis clam geſtare cœpit; ex quo tempore omnis evanuit diabolica Divexatio; adeò, ut ne minimam quidem ſuggeſtionem impuram unquam ampliùs ſenſerit.

Et licet quodam lapſo temporis intervallo, illum deponere coacta fuerit, ob admirabilem, quam emittere cœperat, fragrantiam, manſit tamen deinceps perenniter immunis à priſtina illa immundiſſimi Spiritus infeſtatione.

Non minus profuit in pari diſcrimine F. Lucæ à S. Joſeph Excalceatorum Segobienſis aſceterij alumno, trita ac perantiqua codix, quà JOANNES aliquando uſus fuerat. Ejus caſtitatem, quam impenſiùs colebat, Numine permittente, validiſſimè oppugnabat, noctu potiſſimum, impuris phantaſmatibus, ac motibus Orcinus ſpiritus: quibus propulſandis, cùm varia ſæpius pietatis exercitia, & acres corporis caſtigationes incaſſum adhibuiſſet; tandem Genij, haud dubiè boni inſpiratione motus, præfatam

tam B. Patris ſumens lodicem in cellam ſuam deportavit, ſperans ejus præſidio hoſtem profligare. Nec ſua ei fides ac pietas fraudi fuit. Nocte etenim inſequenti, cùm pro more illa fædarum cogitationum commotionumque caterva irrueret, Patris lodice ſe contexit, atque è veſtigio diabolica quievit infeſtatio; tanta corporis animique tranquillitate, ut in novum hominem transformatus videretur. Hoc experimento edoctus, quoties pugna recrudeſcebat, ad idem ſemper aſylum, felici ſemper eventu confugiebat.

Idem contra obſcænas tentationes ſubſidium permulti alij experti ſunt; aut rebus, quæ corpus ejus puriſſimum attigerant, piè utendo, aut, eo defuncto, illius ſe patrocinio devotè committendo.

Juvat hic, priuſquam ulterius progrediamur, de Angelica JOANNIS noſtri caſtitate differentem audire R. P. Joſeph â JESU MARIA *Lib. 1. vitæ ejus Cap. 55.* [Legimus (inquit) SS. Vir-

ginis MARIÆ incomparabilem caſtitatem, hujus fuiſſe virtutis, ut ſuo aſpectu, in alios puritatis ſpiritum transfunderet. Similes affectus, affirmant multi in ſuis juratis teſtificationibus, ſe ex aſpectu & converſatione B. Patris noſtri percepiſſe; & illum, vel ſolùm aſpicere animos puritate imbuebat. Hoc inter alios, ex propria atteſtatur experientia, quidam Cathedralis Eccleſiæ Segobienſis Beneficiatus, aſſerens, ſingulare illud beatiſſimæ Virginis privilegium, quæ ſe intuentes ad caſtitatem incitabat, JOANNEM noſtrum participaſſe, ſibi namq; tantundem accidiſſe, quoties cum B. Patre agebat. Id ipſum atteſtantur, & experti ſunt alij non pauci, cujus rei plura extant exempla, &c.]

§. V. *Patientia.*

INſuperabilis atquè adamantina fuit JOANNIS noſtri patientia, quæ licet graviſſimis laboribus, afflictionibus, morbis, perſecutionibus ſæpènumero

oppu-

oppugnata, & impetita fuerit, nunquam tamen frangi, aut expugnari valuit. Inſatiabile patiendi deſiderium liquido demonſtrat; ſingularis illa, cujus ſupra meminimus, ejus petitio, *Domine pati, & contemni pro te.* Ut enim incomparabilis humilitatis, ita & inæſtimabilis patientiæ manifeſtum præbet argumentum. Hinc frequenter dicere ſolebat, *Cum de laboribus, ærumnis & afflictionibus agitur, quo plures fuerint, eo melius.* Et iterum: *Quid ſcit, qui pro Chriſto pati neſcit?*

Quinimò cum Chriſto & pro Chriſto jugiter pati, adeò deperibat, ut ejus ardore ac cupiditate, aliquando à ſenſibus alienatus, in ecſtaſim raptus fuerit. Quod Veaci accidit anno 1578. cum de tolerantiæ laude, nativo idiomate, rhythmicos hos verſus recitari audiſſet:

Quiſquis expers eſt pœnarum,
Hac in valle lachrymarum,
Ubi Cruce vivitur:

Is ignorat quid ſit bonum,
Et amoris neſcit Tonum,
Nec guſtum aſſequitur:
Nam aggeſta vis dolorum
Eſt character amatorum,
Cum premit imprimitur.

Ad nomen quippe *dolorum* & *pœnarum* mirabiliter commoveri, & extra ſe ferri cœpit; & cratem ferream, ad quam conſiſtebat, tenaciter apprehendere, ne (quod ipſi penè ſolemne erat) amore attractus in aëra raperetur. Hæſit ſic ſuſpenſus ſolido horæ ſpatio, coram ſacris Virginibus, cùm quibus agebat, admiratione ſuſpenſis & attonitis, non tam raptu ejus & ecſtaſi, quàm cauſa illius. Res namque inaudita, & planè inſolita videbatur, ad nudum *pœnarum* nomen, quas tantopere cuncti humanitùs abhorrere, effugereque conſueverunt, JOANNEM extra ſe, illarum amore ac deſiderio, ferri ac rapi. Ingens profectò, & ineffabilis patiendi ardor, qui in ipſo, quod res non niſi

niſi maximè delectabiles in alijs ſolent, effecit.

Ad ſe reverſus cœpit præfatos verſus, ſibiq́ue in raptu divinitùs revelatos, reconditoſq́ue ſub pœnarum pro Chriſto tolerantia, immenſos theſauros aliquatenus exponere, confitendo nulla omninò humana eloquentia, ut ſibi manifeſtati fuerant, poſſe exprimi, aut comprehendi.

Votis ac deſiderijs ejus ardentiſſimis non defuit, divina Pietas, quod luculenter produnt graviſſimæ, quos poſtremo vitæ ſuæ anno ſuſtinuit perſecutiones, acerbiſſimiq́ue, quos in fatali diutinoq́ue morbo, pertulit dolores. Illas adeò invicta toleravit fortitudine, ut de earum authoribus, nunquam etiam leviſſimè quereretur, nec ullam contra eos oblocutionem permitteret, ſed cauſæ illorum patrocinium ſuſcipiens, omnem ab ijs injuriæ rationem propulſaret: hos vero ea ſuſtinuit patientia, imò lætitia, ut cunctos, medicos maximè & chirurgos, quibus probè perſpecta

erat

erat dolorum acerbitas, in admirationem raperet; qui affirmabant, ſe in JOANNE *Jobum* alterum, ejuſque patientiam contueri, nec deficere, niſi teſtam, qua profluentem ex ulceribus ſaniem abraderet.

Quales verò, & quam contumelioſæ fuerint præfatæ perſecutiones, copioſiùs deſcribunt vitæ ejus Hiſtoriographi, præcipuè Hieronymus à S. Joſeph, *Lib. 7. Cap. 5. 6. & 9.* qui etiam *Cap. 1. ejuſd. lib.* refert DEUM illas haud parum antequam ingruerent, Viro ſancto revelaſſe, quò ſic pleniùs votis ejus ſatisfaceret; & ipſum hoc tunc quoque intimioribus amicis, præſertim magno illi DEI ſervo, fratri ſuo germano, *Franciſco de Jepes* manifeſtaſſe; monendo, ne cum adverſitatibus, ac tribulationibus oppreſſum viderent, ulli culpam tribuerent, ſed ſcirent, quod illas à Domino velut laborum ſuorum mercedem, & enixè petijſſet, & gratioſè obtinuiſſet.

Afflictis impenſiùs afficiebatur, liben-

bentiùſque cum illis agebat, quos ſuis efficaciſſimis ſermonibus, ita ſublevabat, ut adverſa quæque non modo toleranter, verùm etiam lætanter pro Chriſto perferrent.

§. *VI. Pœnitentia ſeu corporis Caſtigatio.*

PAtientiæ virtutem, preſſo calcaneo, jure ſequitur corporis caſtigatio ſeu pœnitentia, quæ in Viro DEI, in multis admiranda potius, quàm imitanda. Corpus cingebat catenula ferrea, crebris & acutis cuſpidibus plena; quæ adeò carni adhærebat, ut cum ſocius ejus, ob incidentem & inopinatum caſum eam conaretur abſtrahere, nonniſi cum ſanguinis copioſa effuſione id facere potuerit.

Cilicium quo utebatur ordinariè, erat thorax & femoralia ſpartea, nodis crebrioribus referta. Somno duabus duntaxat horis, aut ad ſummum tribus indulgebat. Lectus

adeò

adeò durus & incommodus, ut potiùs ad innoxium, & fractum varijs pœnitentijs corpus, affligendum, quàm reficiendum ſerviret, & ſomnum potiùs fugaret, quàm conciliaret.

Victus fuit parciſſimus, & admiranda in illo abſtinentiæ virtus, cujus luculentum argumentum, ac præmium fuiſſe videtur fragrantia illa ſuaviſſima, quàm è corpore ejus prodeuntem permulti ſæpiùs adverterunt, ut teſtatur P. Joſeph à Jesu Maria *Lib. 1. Cap. 44.* non abſimilem illi, quam corpus *S Abraham Eremitæ*, ut Metaphraſtes in vitæ ejus tradit Hiſtoria, exhalabat; quæ ad pœnitentiam, improbas etiam mulieres excitabat. Ferijs ſextis rutæ germinibus in memoriam fellis & aceti Salvatoris veſci conſueverat. Frequentiſſimè aſperiori flagello, præter communes cunctis Excalceatis, tribus in hebdomada diebus diſciplinas, corpus ſuum accerrimè caſtigabat.

Mul-

Multa præterea & admiranda deponunt teſtes, ac referunt Hiſtorici, de vitæ ejus auſteritate , quæ tanta in illo fuit, ut celeberrimos quoſque primitivæ Eccleſiæ Thebaidis, Palæſtinæ & Ægypti Anachoretas in ea, aut ſuperârit , aut æquârit. Omnis illius vitæ ratio , atque operatio, aſſidua ac perennis quædam hujus virtutis exercitatio videbatur: cuncta in ipſo ſpiritum pœnitentiæ referebant. Hanc velut expertiſſimus cæleſtis hujus ſapientiæ magiſter , vita , labio, calamo docebat, commendabat, inculcabat.

Rogatus aliquando , ab aliquo è ſuis diſcipulis , nonnihil moderari nimium illum in ſe rigorem , ne vitam ſibi, toti adhuc Religioni adeò neceſſariam ac proficuam, præproperè videretur adimere : reſpondit , extenuando ac deprimendo cuncta, quæ hoc in genere præſtabat, ad aſperam & anguſtam viam, quæ ſola, juxta Servatoris noſtri doctrinam , ad vitam ducit , ſemper ſectandam , hæc demum,

mum, obſervatione digniſſima, ſubijciens verba: *ſi quis aliquando laxioris ac remiſſioris vitæ doctrinam, ſit ille Prælatus, aut ſubditus, ſuaſerit, tametſi etiam miraculis eam confirmet, non illi credas, neq; eam amplectaris, ſed pœnitentiam, atq; majorem ſemper pœnitentiam, abſtractionemq; à rebus omnibus; neq; unquam Chriſtum, ſi ipſo frui cupias, extra Crucem requiras.* Nec enim aliter, aut alibi ille, quàm per Crucem & in Cruce invenitur: qui enim ſine calore vidit ignem, ſine ſplendore ſolem, ille ſine Cruce, & laboribus invenit Chriſtum. Animæ cui Chriſtus adeſt, Cruces inſunt: cui Cruces Chriſtus.

Hæc, ut inquit in Panegyri Joannis à JESU MARIA Reverendiſſimus Caramuel, *pura veritas, & quidquid contra rhetoricari velis pura falſitas. Hinc patet vanas, & primitivæ Eccleſiæ ignotas, & Carmelo adhuc inviſas eſſe illas juniorum ſpeculationes, quæ Chriſtum à Cruce ſeparant, & neſcio quam protrudunt Charitatem chimæricam, virtutemq;* ſecundum

dum dici (volo loqui ut Philoſophus) *quæ* objectivè *eſt in mente, aut lingua*, & ſubjectivè *nullibi* ; *gratam auri, pernicioſam ſpiritui , quam qui amplectuntur pereunt , & qui tradunt, æri tinnienti ſimiles , dum alijs prædicant cælo ſunt reprobi, &c.* Hæc magnus ille noſtræ ætatis Theologus, & Antiſtes.

Caput XV.

Dona Spiritus ſancti, & Gratiæ gratis datæ.

CUrſim & veluti per transennam nonnullas Joannis noſtri virtutes attigimus , lubet eadem brevitate percurrere, nonnulla ex donis Spiritus Sancti, & Gratijs, quibus claruit, gratis datis.

§. I. *Donum Sapientiæ, Scientiæ, &c.*

OCcurrit primo loco donum Sapientiæ, & huic cognatum ſcientiæ & intellectus, quæ in libris viri

Dei

DEI mirificè relucent, quibus animam ad apicem puriſſimæ ac ſubli-miſſimæ contemplationis, & intimæ cum DEO unionis mirabiliter dirigit, & deducit. Nullibi myſtica DEI arcana aptiori ſtylo, aut ſubliniori ſenſu reſerata invenies: idque nullo librorum adminiculo, cum præter ſacros Codices & Breviarium, nullos alios, aut evolveret, aut haberet. Quo conſtat hanc ejus doctrinam non humanitùs acquiſitam ſed à Spiritu ſancto cælitùs infuſam fuiſſe.

Hoc de doctrina ejus, prævio maturo examine, cenſuerunt ac pronuntiarunt purpurati Principes, Eccleſiarū Antiſtites, Academiarum Præſides, ſac. Generalis Inquiſitionis Qualificatores, aut Conſultores, Theologiæq; Doctores, quorum præclara elogia operibus ejus, in latina præſertim editione, præfiguntur, juvat hic paucis vel paucos audire.

Eminentiſſimi S. R. E. Cardinales Joannes Baptiſta Deti ſac. Rituum Congregat. Præfectus, & de Torres in

in litteris remiſſorialibus in ordine ad Canonizationem P. JOANNIS à Cruce ſic loquuntur: *Libros de myſtica Theologia, qui per diverſa Regna Circumferuntur ſcripti, cæleſti eruditione fœcundos, ſublimi adeò, & admirabili ſtylo conſcripſit, ut talem ſcientiam divinitùs revelatam eſſe, non humano acquiſitam ingenio, exiſtiment omnes; quorum lectio ad veras à falſis illuminationibus diſcernendas, animasq; in perfectionis via roborandas perutilis comprobatur; unde doctrinæ* S. DIONYSII *Areopagitæ à legentibus comparata eſt, &c.*

Eminentiſs. quoque Card. Ginetti, cui anno 1655. denuò à Sac. Rit. Congregatione commiſſa fuerat reviſio librorum B. P. N. Joannis ſic reſpondit: *Reviſio Opuſculorum ſervi* DEI JOANNIS *à Cruce, juxta formam novorum Decretorum* pag. 54. §. Præterea, *mihi ab hac ſacra Congregatione demandata, fuit remiſſa Patri Joanni Baptiſtæ Lezanæ Carmelitæ, uni ex Conſultoribus hujus ſacræ Congregationis, ex cujus relatione in ſcriptis, quam exhibeo,*

beo, conſtat non ſolùm in dictis Opuſculis nihil contineri contra fidem, vel bonos mores, nullamq; doctrinam novam, nec peregrinam, atq; à communi conſenſu, & à conſuetudine Eccleſiæ alienam, imò potiùs doctrinam SUBLIMISSIMAM, *ut* PRÆEXCELSIOR *vix niſi in ſacris Codicibus reperiri queat: ideoq; crederem ſufficienter paritum fuiſſe præfatis Decretis, ac poſſe ad ulteriora procedi, &c.*

Cenſuræ verò R. P. Lezanæ aliquantum prolixioris, hoc eſt exordium: *Opuſcula ſpiritualia ſervi* DEI *Patris* JOANNIS *à Cruce Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum intitulata:* Aſcenſus montis Cameli, Nox obſcura, Flamma amoris viva, Canticum ſpirituale *de mandato Eminentiſſimorum Cardinalium S. Congregationis Rituum, & ſpecialiter Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini mei Cardinalis Ginetti mihi commiſſa pro reviſione, doctrinam continent* SUBLIMISSIMAM, *ut* PRÆEXCELSIOR *vix, niſi in ſacris Codicibus reperiri queat, &c.*

Reverendiſſimus Auguſtinus Antolines

lines Archiepiſcopus Compoſtellanus, ex Ord. D. Auguſtini, Salmanticæ quondam primæ Cathedræ Theologicæ Moderator, inter alia hæc aſſerit: *vidi libr. ſervi Dei Joannis à Cruce &c. qui haud obſcurè indicat ſpiritum ac cæleſtem lucem, quibus dum ſcriberet affluebat: adeo ut non immeritò de ſua doctrina cum Chriſto Domino affirmare poſſet:* mea doctrina non eſt mea, ſed ejus, qui miſit me Patris; *mea doctrina non eſt mea, ſed Domini, qui miſit me, & in me locutus eſt, &c.*

Complures quoque, è ſingulis penè Religioſis Ordinibus, inſignes Operum JOANNIS noſtri Encomiaſtes adducit ſæpiùs laudatus P. Hieronymus à S. Joſeph *Lib. 4. Cap. 7.* atque è multis laudatiſſimæ Societatis JESU, B. Patri noſtro, ejuſque doctrinæ impensè addictis, duos eruditione ac pietate celeberrimos, Joannem de Vicunna Collegij Ubedenſis Rectorem, & Chriſtophorum Carum virum Apoſtolicum. Hic ingenuè in ſuo confitetur præconio doctrinæ

nam librorum P. JOANNIS à Cruce nequaquam inferiorem eſſe doctrina S. DIONYSII Areopagitæ, ac promereri aureis characteribus exarari &c. Ille cum Ubedæ authoritate Pontificia, Proceſſus fierent pro JOANNIS noſtri Canonizatione, ſubjectum dedit, fide Religioſa & Sacerdotali munitum, teſtimonium. *Perlegi ego ſæpius ſcripta omnia hujus ſancti Viri, quorum doctrinam myſticam, Theologiam cæleſti ſapientia plenam exiſtimo, & clarè denotant, ſublimem ac eminentem lucem qua ipſorum Auctor præditus erat, quamq́ DEO tenaciter eſſet unitus: ea ſiquidem, qua inibi referat, clariſſimè hoc oſtendunt. Et quamvis non paucos Authores, qui de myſtica Theologia ſcripſerunt evoluerim; nullam nihilominus doctrinam ſolidiorem, neq́ ſublimiorem inveniſſe videor hac, quam S. P.* JOANNES *à Cruce conſcripſit: è cujus lectione legentium animi in via ſpirituali copioſum lumen experiuntur, & licet ego hactenus parum profecerim, fateor nihilominus me hoc experiri, quoties illa lego: tum*

etiam

etiam ardorem vehementem ſentio, qui ad DEI me amorem incitat; ideoq; in hunc finem ea mihi tranſcribi curavi, &c. Hæc ille.

Demum Thomas Tamayus de Vargas, Regis Catholici Hiſtoriographus, vir ſingularis eruditionis & facundiæ, *libro de ſcriptoribus Regni Toletani* gravi & eleganti myſticum Doctorem noſtrum celebrat encomio; in quo poſt multa præclara de ejus progenitoribus ac proſapia prolata præconia, & recenſitas ſingulorum illius librorum inſcriptiones, hæc de eorum ſubdit eminentia: [in quibus pietatis & doctrinæ judicio, plura ſunt ſacramenta quam verba: nec mirum, cum ille (ut de Dionyſio Areopagita cenſuit Nicephorus) *ſublimi rerum divinarum contemplatione, ſententijs, & elocutione admiranda prorſus, & excellentia longeq; ab iis, quæ pro hominum captu edita ſunt, diſſita compoſuerit.* Unde illi antiquiſſimo myſteriorum ſublimium (*quæ non licet homini loqui*) Theologo, examuſſim comparatur, novus hic

tam ſublimis ac excellens, & mente divinitùs illuſtrata, rerum divinarum myſta ac profundus ſcrutator. Certe magni Dionyſij imprimis imitatorem ſe eſſe JOANNES noſter (ſi attentè rimeris) ſcriptorum ſuorum non argumento ſolum, ſed nominibus quoquè prodidit. Ille de *arcana* ſeu *myſtica Theologia* ſcripſit: hunc *myſtici Doctoris* titulo ipſa myſteriorum arcanorum pertractatio, & meritò inſignivit: ille hymnos divinos modulatus eſt, hujus Canticis etiam divinis læti congaudemus. Utrumq; igitur propter ſcriptorum ſublimitatem cum Chryſoſtomo *Volucrem cæli*, cum Anaſtaſio *multum in hac Theologia valentem*, cum Sanctino *fidei virtute illuminatum* ex voto, ex merito compellamus.]

Opera omnia ab Authore nativo conſcripta, in præcipua Europæ idiomata verſa, pluries recuſa prodiêre; quorum hic Elenchum ac titulos ſubijcere viſum eſt.

1. In-

1. Inſcribitur, *Aſcenſus montis Carmeli,* ac tres complectitur libros.
2. *Nox obſcura* nuncupatur, & in duos dividitur libros.
3. *Flamma amoris viva* : agitur in eo de intima animæ cum Deo unione, & mirabili in illum transformatione.
4. *Canticum ſpirituale*, de Chriſto ſponſo & ſponſa anima; in quo multiplices diviniq; orationis, ac contemplationis affectus, & effectus declarantur.

Opuſculorum minorum hæ ſunt inſcriptiones.

1. *Cautelæ ſpirituales, adverſus tres animæ hoſtes, mundum, carnem ac Dæmonem.*
2. *Sententiarium ſpirituale.*
3. *Epiſtolæ aſceticæ ac parænetica.*
4. *Poëmata myſtica; &c.*

Hæc omnia, demptis illis myſticis Poëmatibus, Coloniæ anno 1639. typis latijs excuſa fuêre, ſed præter jam recenſita, alia quædam

ſanctum Virum conſcripſiſſe tradit ſupradictus P. Hieronymus *Cap 8. ejuſd. libr.* in his *opus* quoddam *de imaginibus prodigioſis Cœnobij noſtri Guadalcazenſis*, quod in Rupellenſi aſceterio degens compoſuit. Vidit illud aliquando R. P. Alphonſus à Matre Dei, & *admirabile* eſſe affirmat.

Item aliud, cui titulus, *Spina ſpiritus*: aliaque nonnulla, quæ ubinam deliteſcant ignoratur; fortè, propitio Numine, aliquando innoteſcet. Non paucas etiam ſancti Viri Epiſtolas exhibet in varijs ſuæ Hiſtoriæ libris idem P. Hieronymus, quæ deſiderantur in ejus operibus.

Edidit in ſublimes myſtici Doctoris noſtri libros doctiſſima *Scholia, & quædam* velut *Commentaria* an. 1619. *R. P. Didacus à JESV*, in ſæculo *Salablanca* dictus, hocce nomine toti Hiſpaniæ notus Doctor & Eccleſiaſtes celeberrimus, ac Toletani Carmeli Antiſtes. Et *R. P. Nicolaus à JESU MARIA*, Sac. Theologiæ, in Salmanticenſi Ordinis ſui Collegio Profeſſor, Madriti

anno

anno 1631. *Elucidationem phraſium myſticæ Theologiæ P. Joannis à Cruce*, in duas partes diviſam.

Nec minus labio quàm calamo potentem & efficacem fuiſſe Theodidactum Doctorem noſtrum, adeò ut de ipſo verè dici poſſit, *Vir potens in opere & ſermone*, uberiùs demonſtrat, multis adductis exemplis Philippus Maria *Lib. 2. Cap. 13.* in quo de admirando cæleſtis ſapientiæ ejus dono agit. Verùm manifeſtiùs efficaciuſque hæc confirmari videntur, miro ſeraphicæ Matris TERESIÆ ſuffragio, quæ adhuc vivens aſſerere ſolebat, *divinam Majeſtatem ingentes P.* JOANNI *à Cruce lucis ac cæleſtis ſapientiæ Theſauros communicaſſe*, & gratias DEO agere, quòd tandem intra propriæ Religionis lares reperiſſet, quod foris non invenerat, lepidèque dicere conſueverat: *Hinc inde lumen inquirendo diſcurro, & ecce in meo parvulo Seneca totum ſimul reperio.* Sic namque illum nuncupabat, ob eximiæ ſapientiæ theſau-

ſaurum, reconditum corpore tam exiguo.

§. II. *Spiritus Prophetiæ.*

CUm amicorum ſit arcana communicare conſilia, & JOANNES noſter ad intimam DEI amicitiam evectus fuerit, innumera & abditiſſima ſecreta, DEO revelante, didicit. Ex Theologorum verò conſenſione pertinent ad ſpiritum Prophetiæ univerſa, quæ à naturali cognitione diſſita, DEUS revelat; cujusmodi ſunt futura contingentia, res abſentes & occultæ, tam præſentis, quàm præteriti temporis, cogitationes & arcana cordium, quæ vir DEI frequentiſſimè divinitùs cognovit.

Futura, quæ Prophetico percepit & prædixit ſpiritu, cùm ad proprium tum ad aliorum ſtatum ac perſonas attinentia, plurima omnino ſunt; inter alia, ſuum in Religionem ingreſſum, perfectionèmq́; quam in ea erat promoturus: vincula, carceres, perſecutiones, quas perpeſſurus: diem ac

ac horam obitus ſui, corporis ſui Ubedâ Segobiam translationem, cæleſtemque gloriam, quæ ipſum in Empyreo manebat, ad quam confecto hujus mortalitatis curſu, mox erat tranſiturus. Favor planè ſingularis, cum nemo ſciat, *utrum amore an odio dignus ſit*. Eccle. Cap. 9.

Granatæ degens anno 1588. menſe Martio palam prædixit futuram ſeraphicæ M. Teresiæ apotheoſim: & ambigenti de ea P. Joanne à S. Angelo, viro grandævo, cum ne quidem tractari de ejus Beatificatione tunc cœptum fuiſſet, aſſeveranter dixit: *non prius hac vitâ R. V. excedet, quâm id impletum viderit*. Propheticum fuiſſe aſſertum, rei probavit eventus. Nam Pater ille ſuperſtes adhuc fuit non ſolum quando Teresia Beatorum, verùm etiam Sanctorum faſtis à *Gregorio XV*. aſſcripta fuit.

Felicem P. Joannis à Jesu in procurando Romæ à ſede Apoſtolica ſeparationis Diſcalceatorum à Patribus de Obſervantia diplomate, & infeli-

cem, in eodem negotio P. Petri ab Angelis, ſucceſſum cælitùs prænuntiavit, & huic diſcedenti dixit: *Romam ibit Diſcalceatus, & redibit Calceatus.* Quod etiam accidiſſe legimus.

P. Hieronymi Gratiani, viri celeberrimi, inſperatam è Congregatione Excalceatorum dimiſſionem; & diverſorum tyronum, in probationis anno, aut perſeverantiam, aut inconſtantiam, divino afflatus Spiritu, prædixit. Item nonnullas quorumdam Cœnobiorum fundationes, de quibus humanitùs nulla penè extabat ſpes.

Domino Joanni de Oroſco Covarruvias, Cathedralis Eccleſiæ Segobiæ Canonico, & Archidiacono, & magni illius Covarruvias Præſidis Caſtellæ & jurisprudentiæ Doctoris nepoti, & doctrinæ ac pietatis hæredi, cui B. Pater à ſacris erat confeſſionibus, denuntiavit mala ac diſcrimina quæ ipſum manebant, ſi aliquando deferendum ſibi Epiſcopatum acceptaret. Admiſit ille nihilominus, poſt Viri ſancti Segobiâ diſceſſum, ob-

latum

latum ſibi à Rege Catholico Agrigentinum in Siciliæ regno Epiſcopatum; at tantis in illo malis & adverſitatibus impetitus fuit (quod ipſe confitetur in libro à ſe edito, *Solatium afflictorum* inſcripto) ut dimiſſo Epiſcopatu in Hiſpaniam redire compulſus fuerit. Creatus poſtmodum Guadicenſis in Hiſpania Antiſtes, eandem miſeriarum ac calamitatum ſortem ibidem, juxta viri DEI prophetiam, expertus fuit; nec quidquam contulit loci mutatio ad denuntiatam fortunæ adverſæ mutationem.

Duodecim alios, ex quàmplurimis, miroſque caſus, in quibus JOANNES noſter prophetico Spiritu futura & occulta agnovit ac prænuntiavit, recenſet P. Philippus Maria *Lib.* 2. *Cap* 14. §. 1.

Cordium arcana, quæ juxta Prophetæ aſſertum, inſcrutabilia eſſe ſolent, uniquè DEO patere, ipſum penetraſſe, docent caſus propè innumeri. Hinc toties occulta & oblita peccata, quorum cognitionem, citra divinam

revelationem, nullatenus adipiſci valuiſſet, pænitentibus in memoriam revocabat. De duabus ſingulariter refertur perſonis, quæ graviora quædam delicta, ob pudorem, quo ſuffundebantur, jam dudum in ſacra exomologeſi reticuerant, quas Vir ſanctus ad illarum deteſtationem ac confeſſionem, peccata illa occultiſſima ipſis manifeſtando, hortatus fuit; atq́ue ita è poteſtate Diaboli mirabiliter eripuit.

Compluries abſentibus ac longè diſſitis, qui varijs ac gravioribus tentationibus ac tribulationibus oppreſſi, ab ipſo per Epiſtolas conſilium & auxilium efflagitare conſtituerant, præveniendo, litteris ad ipſos datis in ſuis illis neceſſitatibus opportunum conſilium, ſolatium ac ſubſidium impertijt. Interrogatus autem, *quânam tandem ratione, in tanta ſæpe locorum intercapedine, rerum adeò abditarum, & internarum cognitionem habere poſſet?* reſpondit: *in propria, velut in ſpeculo, intueor anima, quæcunq́; in eorum geruntur*

tur animabus, qui mea ſunt cura ac ſpirituali commiſſi regimini. Imò, quod magis ſtupendum, non raro animæ illorum ſtatum perſpicaciùs penetrabat, ac pleniùs comprehendebat, quàm ipſimet, aut noſſent, aut aperire ei poſſent. Nequè id mirum, cenſeri debet, cum altiori, divino ſcilicet, illuſtratus lumine, hæc cognoſceret.

Accidit non infrequenter, ut cordiũ ſuorum arcana, & interiores animorum motus & affectiones ſincerè, ut ipſi quidem opinabantur pandentibus, ille dixerit, res aliter ſeſe habere, quam ipſi enuntiabant; & verum illum dicere, cùm, quæ ipſos etiam in his latebant, manifeſtaſſet, deprehenderunt.

Admodum familiare ipſi erat, de defectibus occultioribus, licet levioribus, extra pœnitentiæ quoque tribunal, eos admonere, quos ad eminentiorem virtutis ac ſanctitatis gradum evehere nitebatur: qui experti, nihil horum propheticam ejus cogni-

tionem ſubterfugere, ad culpas ſtudioſiùs vitandas, virtutemq́; impenſiùs ſectandam, acriter extimulabantur

[Videbatur, (ut inquit *R. P. Joſeph à JESU MARIA Lib. 2. Cap. 27.*) illud Cælitum privilegium, quo mortalium neceſſitates & impendentia ipſis diſcrimina, interiores cordis motus, & factas ad eos petitiones &c. eorum potiſſimum, qui ad ſtatum proprium pertinent, in VERBO intuentur, ut ſuo illis opitulentur patrocinio, JOANNES noſter in hac vita quodammodo participaſſe, cognoſcendo Prophetico lumine, ſuæ præſertim curæ concreditorum neceſſitates, interiores cordis motus, & animi affectiones & intentiones, ad feliciùs ſpirituale illorum bonum procurandum.]

§. *III. Diſcretio Spirituum.*

DIſcretio Spirituum, quæ ad Prophetiam reduci ſolet, peculiare eſt Spiritus ſancti donum, unáque è Gratijs gratis datis, utilis valde Eccleſiæ, per quam, ut S. Chriſoſtomus *Homil.*

Homil. 29. in Epiſt. ad Cor. docet, cognoſcitur, *quis ſit ſpiritualis, & quis non ſit ſpiritualis, & quis impoſtor, &c.* Hæc admirabilis fuit in JOANNE noſtro; quod luculenter produnt & probant permulta in vitæ ejus Hiſtoria producta exempla: unum duntaxat ſpeciminis loco hic paucis referre lubet.

Sub annum 1585. vivebat Vlyſſipone alterius cujuſdam Ordinis monialis, quæ ſanctitate & prodigijs dicebatur clarere, ab univerſis tanti facta, ut *ſancta* à ſingulis nominaretur. Ejus ſe commendabant precibus, qui ambiebant ardua: & qui ejuſdem injuſſu aliquid ordiebantur inauſpicatum exitum pertimeſcebant. Utebatur ejuſdem imaginibus populi indiſcreta devotio, & qui indipiſcebatur indumenti laciniam, ſe felicem putabat. Nec mirum, quod novitatum amans vulgus, potuerit ſpecie ſanctitatis deludi: mirum tamen, homines pientiſſimos atq; eruditiſſimos, longo cum illa tempore, de rebus divinis tractaſſe, fuiſſeque miſerrimè

rimè deceptos. Eò pervenit virginis hujus ambitioſæ temeritas, ut ſtigmata, qualia Franciſco impreſſit Chriſtus, pedibus, manibus, imò lateri effingeret, tanta induſtria, ut nemo fraudem, nemo hypocriſim ſuſpicaretur, hinc vulgo *ſtigmatica* dicebatur.

Celebrarunt hoc anno 1585. in præfata urbe Comitia Carmelitæ excalceati, ad quæ ratione muneris, quo fungebatur, (Antiſtes erat Granatenſis aſceterij) Beatus Pater cum cæteris convenit. Dum hic degeret, nonnulli ex Capituli Gremialibus, dictam monialem, cujus ſanctitas ac prodigia eo tempore tantoperè deprædicabantur, videre cupientes (ad illam quippe videndam, ac venerandam pleriq; viri religioſi, pij ac docti, atque etiam magni Principes ac Præſules confluere ſolebant) JOANNEM noſtrum ſolicitarunt, ut unâ cum illis ipſam accederet: quibus ille reſpondit: *Itote: quid vultis videre illuſam mulierem? Scitote, quod pro-*

propediem DEUS fraudem ac latentem manifeſtabit dolum.

Granatam redux, cùm interrogaretur, num monialem illam *ſtigmaticam* vidiſſet? conſimile dedit percontantibus reſponſum. Conſpexerat, priùſquam Ulyſſiponam pergeret, in quodam Caſtellæ oppido, virum Religioſum ampullam, quæ aquam ab illa Moniali benedictam continebat, in magna habere veneratione, & indignè ferens rem adeò indignam tanti fieri, arrepta ampulla, aquam humi effundens abjecit.

Porrò verum dixiſſe & ſenſiſſe virum DEI, de hypocriſi hujus monialis, ſimulata ſua ſanctimonia univerſæ penè Hiſpaniæ enormiter illudentis, modico lapſo temporis intervallo, evidentiſſimè apparuit. Delata namque ad ſanctæ Inquiſitionis tribunal, & rebus omnibus, prodigiiſque ejus maturè examinatis, & accuratè discuſſis, depræhenſa fuit nefaria fraus, ac ſacrilegus dolus, quo omnibus perniciosiſſimè impo-

poſuerat, & artificioſiſſimè eluſerat.

Divinum hoc diſcernendi Spiritus donum, quo beatum virum copioſiſſimè Dominus locupletaverat, frequenter experta fuit ſeraphica Virgo Teresia, hinc toties & tantopere, voce & calamo, ſuis inculcabat filiabus, ſeu ſanctimonialibus, ut animarum ſuarum negotia cum illo conferrent, & cordium ſuorum arcana ipſi aperirent: quod ipſum ad empyreum jam translata, rurſum eis commendare non intermiſit; addendo, ſe optare in ſingulis ſuæ Religionis Parthenonibus, ſi poſſibile foret, P. Joannem à Cruce Confeſſarij ac Directoris ſpiritualis munus obire. Legendus P. Philippus Maria, *Lib 2, Cap 14. §. 3.* Qui præter complura exempla, tres S. Teresiæ epiſtolas, & cælicam quandam ejuſdem revelationem hoc confirmantes adducit: qui etiam ampliſſimum, & ineffabilem profectum ſpiritualem, è cæleſti hoc

hoc ejus dono Religioſos, ac ſæculares conſecutos fuiſſe affirmat.

§. *IV. Mira in Dæmones poteſtas.*

POteſtate in malignos ſpiritus præditus fuit tanta, ut in hoc genere haud inferiora *S. Baſilio Magno* prodigia patraverit. Pluries ipſi tartarei hoſtes ſacris Eccleſiæ exorciſmis compulſi, ac divina coacti virtute, vel inviti confeſſi ſunt, à nullo Divorum in Cælo degentium ſibi acriùs bellum indici, quàm à quodam Carmelita discalceato, JOANNE à Cruce, nuncupato; & à nullo alio, à temporibus *S. Baſilij* perſecutionem paſſos graviorem, quàm ab illo. Hujus in illos divinitùs ſibi conceſſi imperij ſpecimen præbuit in caſibus ſupra *Cap. 10.* relatis, præſertim in eijciendo tribus Dæmonum legionibus, ab illa ipſis devota, proprioq; cruore à tot jam annis, mancipata virgine.

Nove-

Noverat, Deo revelante, non ſolum quinam eſſent à diabolis obſeſsi, verum etiam facultatem quàm habebant, ad inſeſſa torquenda corpora, & quamdiu hæc eſſet duratura vexatio, ac quibus ſubſidijs eſſent exigendi, & juxta hanc procedebat notitiam in ſuis exorciſmis atq́ue adjurationibus.

Occupaverat Granatæ civis cujusdam corpus Tartareus ſpiritus, ad quem exigendum, multoties exorciſmi, miſſæ ſacrificia, variaq́ue pietatis exercitia, à diverſis Religioſis ac Presbyteris, nequicquam adhibita fuêre: accerſitus tandem Joannes noſter, ut Exorciſtæ munus exerceret, viſo energumeno, mox cognovit, à quo Dæmoniorum genere obſideretur, ex illis videlicet, de quibus Chriſtus, *Matth. 17. Cap.* ait: *Hoc genus non eijcitur niſi per orationem & jejunium*: miſſis proinde exorciſmis, jejunio, quo jam erat munitus, orationem adjunxit, & adſtantes ad eandem hortatus fuit. Cacodæmon

mon præſentiens, hac ſe ratione ſuperandum expellendumq́; fore, JOANNEM totus fremebundus multis convitijs comminationibuſq́; aggreditur, ut ab oratione præpediat, verum ipſe nihil his Diaboli artibus, & furioſis movebatur vocibus, ſed eò attentiùs ferventiùſque orabat, quò ille ampliùs tumultuabatur; & productis aliquantum precibus, ſe erigens adſtantibus dixit: *Gratias agamus Domino, qui nobis de immaniſſimo conceſſit hoſte victoriam.* Et traditum ſibi in illum imperium exercens, juſſit ab inſeſſo corpore faceſſere: ceſſit, rabie furens, ejus mandato Diabolus, hominem liberum dimittens, magno circumfuſæ multitudinis ſtupore & gaudio.

In eadem urbe, dum ad virum ſanctum quædam duceretur energumena, reformidans malignus ſpiritus ſupernam ejus, quam toties jam expertus fuerat, in ſe poteſtatem, fremens & frendens dicebat: *Ecce, ecce venit ad me perſequendum parvus Seneca.*

eæ. Hoc cum nomine contemptim appellando, quo S. Teresia honoris ergo, ut ſupra diximus, nuncupare ſolebat, ob admirandam modico corpore reconditam ſapientiam. Sed parvo & humili *Senecæ* noſtro cedere debuit celſus ſuperbiæ Princeps, ditioneque ſua excedere, & in tenebras abire ſibi debitas.

Sub hoc idem tempus Granatæ frequenter graviterque vexabatur, ab inſidente eam diabolo, præcipua quædam matrona, ad quem adjurandum, cum alij nihil proficerent, B. Joannes accitus fuit. Ad hunc cum atrociſſimo hoſte conflictum, dum precibus, quibus ab alijs ſegregatus, inſiſtebat, ſeſe præmuniret, audijt P. Joannes Evangeliſta ejus ſocius Cacodæmonem rabidum, per os energumenæ, querula hæc verba muſſitando repetentem: *Quid eſt, quod nequeam debellare iſtum Religioſulum? aut ſuperare iſtum homunculum? Omnes meæ artes, omnes fallaciæ & machinationes non ſufficiunt ad illum in lapſum,*

pſum, aut culpam aliquam præcipitandum. A tot me jam annis perſequitur, in his & illis locis (diverſas nominabat urbes & oppida) *nec hic nunc quieſcere ſinit.* Sed quod verebatur evenit illi; nam antiqua poſſeſſione ſua, vel invitiſſimus à JOANNE exactus fuit.

Eandem ſortem expertus fuit malus Genius, qui hac etiam tempeſtate, in eadem urbe ſanctimonialem quandam, Mariam ab Aſſumptione nuncupatam, inſederat, quem dum Vir ſanctus ad abſcedendum urgeret, lamentare magno gemitu ejulatuque cœpit atq; dicere: *Sis tu maledictus; nihil mihi tecum eſt, quid me ita torques? inſenſiorem te non habeo inimicum.*

Nec in Granatenſi ſolum, ſed in alijs etiam civitatibus & oppidis frementes & ululantes, confeſſi ſunt clades & perſecutiones, quas à P. JOANNE à Cruce patiebantur.

Cum in Calvariæ aſceterio moraretur efflictim rogatus fuit, ut ad proximum ſe oppidum conferret, ut inſe-

infelici cuidam ſubveniret energumeno, qui humanis diviniſque ab alijs fruſtra tentatis remedijs, graviſſimè â tartareo inquilino exagitabatur. Annuit illorum precibus Vir ſanctus; & perducto ad eum energumeno, cœpit mox diabolus in rabiem actus, querebundus vociferari: *En venit alter BASILIUS, ut nos torqueat: habemus jam alterum in terris BASILIUM, qui nos infeſtet, & inſectetur.* Fecit *Joannes*, quod fecerat alias *Baſilius*, infeſtum vexatorem, virtute Divina, ab inſeſſo corpore fugando.

Segobiæ nonnemo, ut ſui fieret compos voti, à Chriſto defecerat, traditoque chirographo Satanæ ſe mancipaverat; quem Vir DEI ad pœnitentiam, impiumq; reſcindendum pactum induxit. Cui inſultando inferni monſtrum apparuit, & territando, ſacrilegum oſtendit chirographum, dicens: *Nullus me jure ac poteſtate, quam hujus vigore in te obtinui, privare poteſt:* volens hac ratione

tione ad extremam illum deſperationem impellere. Retulit hæc pavore ac mœrore plenus, infelix ille P. Joanni, qui ad perſeverantiam in pio propoſito ac pœnitentia, atque fiduciam in miſericordiſſimum DEUM illum adhortatus, ad orationem ſe contulit, enixiùs à Domino petens, cogi Diabolum ad nefarij reſtitutionem chirographi. Res mira! & rara vis fidei & orationis! confeſtim adfuit totus furibundus ſtygius veterator, ad pedes Sancti chirographum proijciens, incondito clamore multas in illum contumelias proferens, & horribili fremitu conquerens, de injuſtè ab illo ſublato, debito ſibi pignore, & damnis graviſſimis in tot locis illatis.

Oblatæ aliquando ei fuêre Mancuelæ, in Giennenſi territorio, duæ dæmoniacæ; quas ut vidit, dixit de altera, quæ conjugata erat, fore intra paucorum dierum ſpatium à ſtygio hoſte liberandam, nec opus eſſe exorciſmis illum urgere; quia ſponte

eſſet exceſſurus : uti & factum ; de altera (quam ipſe, ob notam ſibi Dei in hoc contrariam voluntatem, adjurare renuit) pronuntiavit, non niſi poſt longam temporis moram fore curandam ſacros interea exorciſmos, ab ijs quibus incumbit, non eſſe intermittendos. Veritatem exitus comprobavit : ſiquidem nonniſi biennio exacto, importunus vexator, ſede ſua pulſus fuit.

Hoc quoque confirmatur exemplo, quod ſupra aſſeruimus, ipſum cælitùs noviſſe, quando, & quomodo, ab obſeſſis Dæmon ſit pellendus corporibus.

Porro licet cuncta *hoc* §. 4. & *ſupra citato Capite* ac non pauca in fuſiore vitæ ejus Hiſtoria relata exempla, luculenter confirment, & demonſtrent, ſuperiorem poteſtatem ac imperium, in apoſtatas Angelos Joanni noſtro divinitùs collatum, horrificumque terrorem, quem illis ſolâ præſentiâ atq; intuitu ſuo incutiebat, placuit tamen divinæ Majeſtati alio, etiam mi-

mirando, id patefacere exemplo. Cum Granatæ aliquando Confeſſionibus excipiendis operam navaret, vidit quædam eximiæ & notæ virtutis perſona, ex inferiori templi angulo dæmonum catervam, ſub figura leonum, urſorum, bufonum, ſerpentum, aliorumque ejusmodi animalium prodire, per Eccleſiam diſcurrere, & orantes, aut ad ſacram exomologeſim ſe parantes varijs tentationibus, per illas diverſorum animalium ſpecies deſignatis & expreſſis, adoriri & impugnare, in quos cum JOANNES oculos convertiſſet, confeſtim omnes terrore, velut fulmine perculſi, ad ſuas ſe latebras recipere feſtinabant: è quibus cum egredi denuò inciperent, & à Viro ſancto conſpicerentur, repentè, territi & conſternati, ſe ejus aſpectui ſubduxêre. Hinc liquet, quam rectè ipſe à Theophilo Raynaudo in *Scapulari Mariano &c. 1. Parte Cap. 4. Dæmonum terror*, appelletur. De quo etiam Aubertus Miræus in *Prologo Tract. de Ord. Carm. origine &c.*

JOANNES *à Cruce Dæmonibus, ut alter avi noſtri* BASILIUS, *formidoloſius ſemper extitit.*

Nec ſolum in terris degens formidabilis extitit ſtygijs Principibus, verum etiam cælo receptus, & terrorem, quem tunc ſua præſentia, nunc ſacris ſuis Lipſanis ſolet illis incutere; & nunc ſuis fugare ab obſeſſis corporibus venerandis Reliquijs, quos tunc profligabat mandato, & imperio; quod unico juvat aſtruere exemplo.

Decumbebat Ubedæ, graviori correpta morbo, Catharina de Sotomajor, conjunx domini Antonij de Ortega, & malo indies creſcente valetudo decreſcebat; cumque nihil humana aut conſilia, aut remedia prodeſſent, ad divina convertitur, pedemque B. P. JOANNIS à Cruce, per quem DEUS, eâ tempeſtate, illa in urbe, multa & magna patrabat prodigia, ad ſe afferri ſupplex petijt. Deſtinantur duo Religioſi, qui debita cum vene-

veneratione illum ad infirmam deferrent.

Erat huic Dominæ decumbenti ancilla, Mariana Fernandez nomine; quam ſolido jam biennio Dæmon poſſederat, qui atrocibus indicijs præſentiæ ſuæ virus frequenter ac ſufficienter prodiderat: nulla interim piacula Cæleſtium placandorum, nulli exorciſmi preceſue omiſſæ ſunt. Sed perſtitit ſemper infractus teterrimus hoſpes, non niſi JOANNI noſtro ceſſurus.

Cum dicti Religioſi, ſacrum occultè deferentes pedem, ædes decumbentis jam ingreſſuri eſſent, cœpit Mariana, quæ nihil de hoc ſciebat, horrendè vociferari ac dicere: *Vt quid peduſculum iſtius Religioſuli, infenſiſſimi hoſtis mei afferunt? Procul illum abijcite: me cruciat, me exurit.* His dictis, fugam arripiens, in ſuperiorem ædium partem conſcendit, fruſtra connitentibus, quæ aderant, mulieribus illam detinere. Miſſi duo viri fortiſſimi ad illam requirendam reducendamque,

 repe-

reperiunt in ſordido quodam cujuſdam camini latibulo, præfata verba clamore incondito identidem repetentem. Inde violenter extrahentes deorſum ducunt; transeuntes periſtylium columnam quandam complexa, adeò tenaciter apprehendit, ut ab ea illam amovere penè impoſſibile fuerit. Demum ſummâ vi inde remota, ad locum, in quo cum venerando pede Religioſi morabantur, pertrahunt. In cujus conſpectu mox tota cœpit contremiſcere, ac magno contendere impetu, è manibus ſe illorum proripere. Tandem accedens Pater, ſacrum gerens pedem, capiti illius imponit, & è veſtigio, res mira, ſed vera! avernalis hoſpes excedere coactus fuit, nunquam ampliùs auſus ad iniquè occupatam poſſeſſionem ſuam redire.

Huc quoque revocandum, quod imminentes, atrociſſimas etiam, tempeſtates, Crucis ſigno, ac quandoq; ſolo aſpectu diſſipabat: non ipſum latebat, an à dæmone, aut ejus aſſeclis,

clis, magis aut ſagis, an à cauſis naturalibus procederent. Hinc Segobiæ integro triennio, quo ibidem commoratus fuit, nullum è cælo cecidiſſe fulmen, nullam grandinem, nullum à tempeſtatibus illatum detrimentum legimus. Frequenter quidem ſæviſſimæ tempeſtates ingruere, ac cælum ipſum horrendum in modum tonitruis ac coruſcationibus concuti videbatur, at B. Patre orante, aut imperante, protinùs evaneſcentes diſpellebantur, ſubſecuta inſperata ſerenitate. Quòd autem Segobienſibus, aliiſque præſtitit vivus, præſtitit jam defunctus Ubedenſibus. Exorta quippe, an. 1617. menſe Majo, Ubedæ horribili tempeſtate, quæ ob inſuetos validiſſimoſq; ventos & turbines, tonitrua ac fulgurationes, extrema quæque certiſſimè comminari damna videbatur Ubedenſi territorio, viſus fuit in aëre nubibus ac turbinibus obluctando B. Joannes, illas propellendo ac prohibendo, ne fulmine vel grandine,

 aut

aut ulla alia ratione exitium, aut detrimentum aliquod eidem inferrent.

§ *V. Gratia Sanitatum,*

QUæ, ut inquit S. Thomas *1. 2. q. 111. art. 4.* conſiſtit in *operibus miraculoſis, ad ſalutem corporum* ſpectantibus, eſtque idem ac gratia miraculorum, maximè enituit in JOANNE noſtro, de hac infra *Cap. 22. & 23.* agendum erit. Hic ſolùm univerſim dicimus, nullum propè eſſe morborum genus, quod vel ipſe dum viveret, vel ſacræ ejus poſt mortem Reliquiæ non ſanaverint: & ne quid miraculo decederet, plerumque inſtantaneè, quamvis cum morte aliqui confligtarentur. Nec ſolum ſacra venerandi corporis ejus Lipſana, verum etiam veſtes, linteola, pulvis ſepulchri, aqua Reliquiarum ejus contactu benedicta, aut quæcunq; deniq; JOANNEM attigiſſent; imò & imagines illum repræſentantes, vitalem quandam vim habere videbantur, quam ægris communicarent.

CA-

Caput XVI.

Poſtremus Ioannis morbus.

CUm Provincialis officio fungeretur, aliquando in morbum inciderat gravem admodum & periculoſum, qui ægrotantem ad eas redegit anguſtias, ut judicio medici, nulla ſpes vitæ ſupereſſet. At vir DEI prophetico ſpiritu, *multum*, inquit, *patiar, ſed non decedam hac infirmitate; nondum enim lapis perfectè expolitus eſt.* Ubi verò tunſionibus, preſſuris, perfectiſſimoquè nitore omnigenarum virtutum lapis hic pretioſiſſimus ſatis ſuperque expolitus fuit, in aſceterio Rupellæ in febrim incidit, quæ acceſſu aliorum vulnerum & dolorum, illi poſtrema fuit. Quod verò is locus ſolitudini eſſet deſtinatus, nec ſuppeteret copia medici, optio ei facta fuit migrandi in Beazenſe aut Ubedenſe cœnobium, quod hæc cæteris eſſent viciniora. Ille verò Ubedenſe elegit; tum quod in ea civitate necdum notus eſſet; tum

quod non ignoraret alias patiendi occaſiones hic ſuppetere.

In itinere, cum ſocius moleſtiſſimâ nauſeâ laborantem videret, ſciſcitatus fuit, num quid eſſet, quo veſci vellet? Ille aſparagos viſus eſt appetere, ſed loco & anni tempore maximè alieno, Septembri jam excurrente; indoluit itineris comes, quod nec tantillo refrigerio neceſſitati optimi Patris ſubvenire poſſet. At præſtitit DEUS, quod locus & tempus præſtare non poterant. Vix enim appulſi ad flumen Guadalimarenſe, & ecce! faſciculum recentium aſparagorum impoſitum lapidi invenerunt, graviſſimi mali exiguum ſolatium, ſed miraculo magnum.

Cum Ubedam perveniſſet, invaluit febris; acceſſit ulcus in dextero pede ea parte, qua Salvator clavis affixus eſt Cruci, cui, ut chirurgi mederentur, alia ingentia vulnera circumcirca per modum Crucis aperuerunt, gaudente interim JOANNE ac DEO Optimo Maximo gratias agente, quod unico

unico pede in formam Crucis quinq; vulnerum Domini memoriam geſtaret. Maxima puris copia ex his vulneribus educta eſt, tantæ virtutis, ut eo tinctæ faſciolæ, & ægris applicitæ plurimas infirmitates miraculosè ſanaverint: tantæ verò fragrantiæ, ut linteola, quæ obligandis aut abſtergendis vulneribus fuerant adhibita, ſolo odore ab alijs diſcernerentur.

Argumentum ſuaviſſimi hujus odoris eſt, quod Religioſus ejuſdem cœnobij, cum ſcutellam purulenta hac materia plenam reperiſſet, ratus ex odoris fragrantia id eſſe ſapidam aliquam ſorbitiunculam, penitus ebiberit, non modo citra nauſeam, ſed etiam ſumma cum ſuavitate & guſtu, ut ipſe poſtmodum reſciens quidnam fuiſſet, teſtatus eſt.

Augebatur indies & morbus & dolor, qui judicio medici & chirurgi intenſiſſimus erat; nihilominus JOANNES inter has anguſtias, tam ſereno hilariq́ue vultu perſiſtebat, ut nihil omnino pati videretur. Frequenter

inter dolores in ecſtaſim rapiebatur, ut ſubinde debuerint medicus & chirurgus expectare, donec in ſe reverteretur.

Hinc fama ſanctitatis illius in ea civitate, in qua antea notus non fuerat, percrebuit, eumque inviſere Sanctumq; proclamare cœperunt.

Sæculares aliqui concentu muſico conati ſunt laborantem recreare, ipſo licet invito, & renitente. Interrogatus poſtmodum à Religioſo ſibi familiari, *Quî tandem placuiſſet muſica?* reſpondit: *Eam non audivi; nam longe ſuaviori Dominus me detinuit occupatum.* Benigniſſimo Deo cæleſti haud dubie ſolatio ſervum ſuum demulcente, & abſorbente, in præmium contempti ſolatij terreni.

Caput XVII.

Admirabilis ipſius obitus.

PRæcognoverat jam pridem, Deo revelante, mortis ſuæ tempus, beatiſſima quoque Virgo die Sabbati, pro-

profeſto immaculatæ ſuæ Conceptionis, denuo eum præmonuit, ſequenti Sabbato ſibi ex hac vita migrandum, media nocte, quando matutinæ preces decantari ſolent. Exinde ſolebat quotidie inquirere, quænam eſſet dies? adeò namque abſorptus & immerſus erat conſiderationi rerum divinarum, ut temporis oblivisceretur.

Cum ſemel audiſſet à medico mortem inſtare, reſpondit: *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus*; & mox ſubintulit: *Hoc tam fauſto nuntio, omnis à me dolor abſceſſit.* Voluerunt tunc ei ſalutiferum viaticum adminiſtrare; at ille: *Tempus*, inquit, *adhuc ſuper eſt, admonebo, cum tempus aderit.*

Feria quinta ſub veſperam percunctatus eſt, quænam eſſet dies? quod cum cognoviſſet, petijt ſibi præberi ſacrum viaticum, quod ſumma animi devotione ſuſcepit.

Feria ſexta divæ Luciæ ſacra, iterum inquiſivit, quæ dies eſſet? qua

cognita, ampliùs non interrogavit de die, ſed ſæpiùs de hora; ſemel ſubjunxit: *Interrogo quota ſit hora, nam DEO meo ſint grates, hac nocte ad Laudes matutinas decantandas in cœlum iturus ſum.*

Hora quinta Sacramentum extremæ unctionis ſibi dari poſtulavit; quo accepto humiliter petijt veniam ab omnibus Religioſis, illique viciſſim ſuam benedictionem, nec non ut documentum aliquod ſpirituale in abſentiæ ſuæ ſolatium eis relinqueret, quod & fecit, ut morem gereret Patri Provinciali *P. Antonio de JESU* antiquo ejus ſodali; qui præſens aderat.

Hora octava iterum interrogavit quota eſſet hora? quam cum reſciviſſet, ait: *Heu tam diu commorandum eſt in hac vita!*

Hora nona idem inquiſivit, eaq; cognita ſubjunxit: *Adhuc tres horæ reſtant? incolatus meus prolongatus eſt.*

Hora decima cum audiſſet campanæ pulſum petijt ad quid pulſaretur?

reſpon-

reſponſum eſt, ad matutinum apud quaſdam moniales : *Et ego*, inquit, *per bonitatem* DEI *mei, una cum beatiſſima Virgine, in cælum illud decantaturus conſcendam*; ſtatimque hac ſanctiſſimæ Virginis recordatione liqueſcens, eam his verbis, allocutus eſt : *Immenſas, ô Regina & Domina mea, tibi refero gratias, ob ſingulare hoc, quo me donas, beneficium, nimirum ut die Sabbati, tibi dicato, me ex hac vita migrare velis.* Dimidia hora priuſquam media nocte ad Matutinum pulſaretur, ait : *Jam hora mea appropinquat, admoneant Religioſos.* Sine mora accurrêre omnes, cereis accenſis, & longè magis cordibus, lectulum circumdantes. Lecta eſt de more animæ commendatio; ipſomet ut poterat adjuvante. Poſtquam nonnullos Pſalmorum verſiculos & Cantici Canticorum ſententias tenerrimo cordis affectu, ingeminaſſet, iterum in oratione Chriſti Domini Cruci affixi effigiem manu tenens ſuſpenſus eſt, & elevatus.

Hora duodecima jam imminente

Cru-

Crucifixo relicto, manus & brachia ſub lodicem immiſit, ſummaque tranquillitate & modeſtia, proprijs manibus corpus ſuum compoſuit; atque iterum apprehenſo Crucifixo, ineffabili animi & verborum teneritudine, ſeſe cum illo oblectare cœpit. Paulo antequam ſpiritum Deo redderet, apparuit globus lucis, inſtar ignis ſplendidiſſimi, & ſupra modum decori, beatiſſimi Patris corpus redimentis. Tantus autem fuit luminis hujus fulgor, ut 23. candelarum in illa cellula ardentium lumen penitus offuſcaret.

In medio tam ingentis ſplendoris hic ardentiſſimus Seraphim, inſtar ſolis, cernebatur accenſus. Tum audita eſt hora duodecima, & ſimul campanæ domeſticæ pulſus ad horas matutinas. Suſcitatus Dei ſervus ad quid pulſaretur, acceptoque reſponſo: pulſari ad horas matutinas, blandè oculos ſuos aperiens, omneſque circumſtantes hilari & amabili vultu, quaſi valedicens, intuitus, læta-

bun-

undus ait : *In cælum eas decantaturus bſcedo.* Mox labia pedibus Cruci-xi, quem manibus tenebat, impri-nens; *In manus*, inquit, *tuas Domine ommendo ſpiritum meum*, ac ſimul blan-è ſuaviterq́; ſpiritum tradidit. Atq́; a ineunte die Sabbati, quemadmo-um ipſe prædixerat, exſpiravit 14. Decemb. anno 1591. ætatis ſuæ 49. eformationis à ſe inchoatæ 23.

Caput XVIII.

Sepultura, corporis effigies & trans-latio.

FUit corporis ſtatura ad mediocri-tatem vergente, triticea facie, ma-lenta, debitè tamen proportionata, enerabili calvitie, lata fronte, ocu-s nigris, ſuavitatem & manſuetudi-em præſeferentibus, naſo aliquan-lum aquilino; deniq́; totius cor-oris habitudo & conſtitutio gravis, nabilis, & ſupra modum modeſta; deò, ut ſola ipſius præſentia intuen-s quoq́ue componeret.

Re-

Remanſit vultus ejus, alias pallidus, poſt feliciſſimum tranſitum mirabili quodam ſplendore ac gratiſſimo colore perfuſus, ſingulari intuentes conſolatione afficiens; membra quoque tractabilia & flexibilia. Fragrantia mirifica, alijs odoramentis abſimilis, tam copioſa è corpore defuncti, vulneribus & ulceribus natura ſua fœtidis, ſaucio, emanavit, ut non ſolum in cellula, verùm etiam toto monaſterio perciperetur: quod nôn adeò mirum cenſeri debet, cum adhuc vivens, ut ſupra conſpeximus, ejusmodi ſuaviſſimum odorem crebro emitteret; imò ipſa etiam linteola, pure & ſanie ex ejus vulneribus infecta.

Religioſi & ſæculares, qui aderant, habitum, tunicam, Breviarium, & quidquid Dei famulum aliquando contigerat, tanquam opima ſpolia, imò veluti pretioſiſſimas Reliquias certatim rapuerunt. Nonnemo, dum ad digitum unum præcidendum ſe accingeret, tantum mox vidit, è corpore

pore ejus prodire ſplendorem, tantam relucere majeſtatem, ut totus attonitus ac conſternatus receſſerit, ne veſtem quidem attingere auſus.

Innotuit confeſtim, nemine nunciante, in urbe pretioſa beati Patris mors, & illicò accurrit, licet hora eſſet adeo incommoda, utpote nox media, & tempus hibernum, atque aura pluvioſa, tanta hominum multitudo, ut totam domum repleverit: & inter hos quidam elatiore voce ingeminabat: *Sinite me intrare, & accedere ad corpus Sancti venerandum, qui hac ipſa hora à temporali me nece, medios inter gladios, & ab æterno animæ exitio mirabiliter eripuit.*

Illuceſcente die, cum jam percrebuiſſet ubique obitus ejus fama, fuit tantus confeſtim hominum omnis ætatis, ſexus & conditionis accurſus, poſtulantium admitti ad locum, in quo *ſanctum corpus* (ita appellabant) aſſervabatur, ut nec fores occludi amplius, nec monaſterium illam hominum frequentiam capere poſſet. Admiſſi

miſsi, haud aliter venerabantur, ac ſi in Divorum jam album relatus fuiſſet: ea quippe omnium mentibus cælitùs indita erat de ejus ſanctitate opinio.

Hora, quæ ſepeliendo corpori deſtinata erat, confluxit civitas prope univerſa: Regulares, Eccleſiaſtici, ſæculares, admirabili pietate ac devotione. Plenum erat populo templum, plenum cœnobium; nec atrium, nec platea multitudinem capere poterat. Celebratis ſolemni ritu exequijs, pia exorta fuit inter graviores aliorum Ordinum Religioſos contentio, ambientibus ſingulis ſacrum corpus ad tumulum deferre. Non defuêre hoc tempore prodigia, quibus ſervum ſuum Deus honorare dignatus fuit: ac ſanctimoniam ejus cælitùs omnibus demonſtrare, qui abjectus, & deſpectus vivere & mori ſemper expetierat.

Ut primùm mortem percepit beati Patris domina Anna de Pennaloſa, quæ tunc Madriti agebat, inſtitit om-

nimo-

nodis apud *R. P. Nicolaum à* J E S V
ARIA Vicarium Generalem Diſ-
lceatorum, ut corpus ejus Ubedâ
gobiam ad cœnobium à ſe erectum
ansferri permitteret. Recuſavit
iidem, non modico tempore, pe-
ioni ejus annuere P. Vicarius, no-
ns ſuo Ubedenſem urbem jure, &
quiſita jam tanti theſauri poſſeſſio-
orbare, at tandem Domini Ludo-
ci de Mercado Regij Caſtellæ Con-
ij & ſupremæ inquiſitionis Audito-
, fratris germani dominæ Annæ,
iorumque ſimilium, quos ipſa de-
ecatores adhibuit, repetitis, & im-
ortunis inſtantijs victus conſenſit.

Elapſis novem, à feliciſſimo ejus
hac vita tranſitu, menſibus, deſti-
atus fuit Ubedam à ſupradicto
omino Ludovico de Mercado,
anciſcus de Medina, vir probatæ vi-
e ſpectatæque fidei, ut hanc trans-
tionem, quam fieri poſſet, occultiſ-
mè exequeretur.

Hic Ubedam, occidente ſole, in-
reſſus, mox P. Franciſcum Chryſo-
ſtomum,

ſtomum, qui cœnobio Diſcalceatorum præerat, convenit, litteras tradidit Vicarij Generalis, quibus præcipiebatur, ut exhumatum clandeſtinò corpus P. Joannis à Cruce illi conſignaret, Segobiam deferendum. Vicarij mandato obtemperaturus Cœnobiarcha, una circiter ante noctem mediam hora, Religioſis omnibus ſomno ſopitis, aſſumptis P. Matthæo de ſanctiſſimo Sacramento, & F. Michaële à JESU, quibus Vicarij intimavit præceptum, & ſecreti obligationem indixit: una cum præfato Franciſco de Medina, obſeratis templi oſtijs, ad tumulum Viri DEI acceſſit, & ſacrum corpus effodere incipit. Vix illud detegere cœperant, & odorem prorſus cæleſtem efflare advertunt; adeoque integrum & ab omni etiam leviſſima corruptione immune reperiunt, ac ſi eâ ipſa hora exſpiraſſet. Vulnera pedis adeò viva erant & recentia, ut aquam & ſanguinem, à ligone, inter effodiendum nonnihil offenſa, emitterent. Tres

manus

anus dexteræ digiti, quibus ſcri-
ndo uti ſolemus, ſuo candore &
tore candidiſſimum ac perlucidum
armor referre videbantur. Horum
num præcidentes, ut dictæ dom.
nnæ donaretur, non minus copio-
s recenſque profluxit ſanguis,
iàm ſi è manu hominis vivi præſe-
us fuiſſet. Porro cum prodigio-
m hanc corporis incorruptionem,
ri adeò celebris ſanctimoniæ, quæ
illi cauſæ naturali tribui poterat,
eritò revereri, ac venerari debuiſ-
nt, non ſecus tamen ſacerrimum il-
d corpus tractarunt, quam aliud
iodlibet cadaver. Perpendentes
amq; corpus illud tali in ſtatu com-
odè transferri non poſſe, ventrem
periunt, viſcera, quæ non minus ad-
uc integra erant, & incorrupta, mi-
umq; odorem ſpirabant, extrahen-
es, viva calce replent, ut citius caro
onſumeretur, & commodius ſacra
ſſa transferri poſſent; corpus etiam
mili obrutum calce, rurſum inhu-
arunt.

Redúx

Redux Madritum præfatus Franciſcus, retulit domino Ludovico ſororiq; ejus admirandam corporis transferendi incorruptionem; in cujus teſtimonium reſectum ipſis obtulit digitum.

Novem alijs exactis menſibus, cum jam carnem à calce conſumptam crederent, rurſum eundem Franciſcum Ubedam ablegant, ad veneranda oſſa Segobiam deportanda; qui obſervatis cunctis ſupra memoratis cautelis, coram ijſdem Religioſis, aperto conditorio, corpus adhuc integrum, à calce tamen deſiccatum deprehendit, ſacro fragrans odore: & relicto ibidem crure integro, illud in bulgam, ut cautiùs celaret, recondidit; & eadem nocte Ubedâ ſe proripuit.

Videtur Tutelaris Angelus Ubedenſis civitatis, hanc voluiſſe impedire translationem, ut quondam populi Iſraelitici è Perſide transmigrationem, Angelus regni Perſarum: dum enim ſepulchro ſacrum pignus exime-

ximeretur, P. Bartholomæus à S. Baſilio à ſomno excitatus, hæc ſibi clara voce verba dici audivit: *Surge: ecce corpus auferunt ſancti Patris Joannis à Cruce*; qui ſine mora ad templum convolat, quod tamen ingredi non fuit permiſſus, Prælato fores obſervante, à quo, impoſito ei ſilentio illorum, quæ fiebant, ad cellam remiſſus fuit.

Huic quoque affine videtur, quod accidit in itinere. Proceſſerat jam longius ab urbe Franciſcus, cum ſuis comitibus, & collem quemdam deſertum, ante auroram pertranſiens, hominem ex improviſo comparere, ac vociferari advertit: *Quo defers corpus iſtius SANCTI? cur non relinquis, ubi erat? reſtitue ſuo illud loco.* Quâ voce haud parum omnes conſternati fuêre, cum humanitùs nemo ſcire poſſet, quid portarent; ideoque non homo, neque hominis illa eſſe vox ipſis videbatur.

Progrediendo ulterius, repente alius apparuit, importunè inveſtigans,

Redux Madritum præfatus Franciſcus, retulit domino Ludovico ſororiq; ejus admirandam corporis transferendi incorruptionem; in cujus teſtimonium reſectum ipſis obtulit digitum.

Novem alijs exactis menſibus, cum jam carnem à calce conſumptam crederent, rurſum eundem Franciſcum Ubedam ablegant, ad veneranda oſſa Segobiam deportanda; qui obſervatis cunctis ſupra memoratis cautelis, coram ijſdem Religioſis, aperto conditorio, corpus adhuc integrum, à calce tamen deſiccatum deprehendit, ſacro fragrans odore: & relicto ibidem crure integro, illud in bulgam, ut cautiùs celaret, recondidit; & eadem nocte Ubedâ ſe proripuit.

Videtur Tutelaris Angelus Ubedenſis civitatis, hanc voluiſſe impedire translationem, ut quondam populi Iſraelitici è Perſide transmigrationem, Angelus regni Perſarum: dum enim ſepulchro ſacrum pignus

exime-

ximeretur, P. Bartholomæus à S. Ba-
ilio à ſomno excitatus, hæc ſibi cla-
a voce verba dici audivit : *Surge: ecce
orpus auferunt ſancti Patris Joannis à
Cruce* ; qui ſine mora ad templum
onvolat, quod tamen ingredi non
uit permiſſus, Prælato fores obſer-
ante, à quo, impoſito ei ſilentio
lorum, quæ fiebant, ad cellam re-
niſſus fuit.

Huic quoque affine videtur, quod
ccidit in itinere. Proceſſerat jam
ongius ab urbe Franciſcus, cum ſuis
omitibus, & collem quemdam de-
ertum, ante auroram pertranſiens,
ominem ex improviſo comparere,
c vociferari advertit : *Quo defers cor-
us iſtius SANCTI? cur non relinquis,
bi erat? reſtitue ſuo illud loco.* Quà
oce haud parum omnes conſternati
uêre, cum humanitùs nemo ſcire
oſſet, quid portarent; ideoque non
omo, neque hominis illa eſſe vox
ſis videbatur.

Progrediendo ulterius, repente
ius apparuit, importunè inveſti-
gans,

Redux Madritum præfatus Franciſcus, retulit domino Ludovico ſororiq; ejus admirandam corporis transferendi incorruptionem; in cujus teſtimonium reſectum ipſis obtulit digitum.

Novem alijs exactis menſibus, cum jam carnem à calce conſumptam crederent, rurſum eundem Franciſcum Ubedam ablegant, ad veneranda oſſa Segobiam deportanda; qui obſervatis cunctis ſupra memoratis cautelis, coram ijſdem Religioſis, aperto conditorio, corpus adhuc integrum, à calce tamen deſiccatum deprehendit, ſacro fragrans odore: & relicto ibidem crure integro, illud in bulgam, ut cautiùs celaret, recondidit; & eadem nocte Ubedâ ſe proripuit.

Videtur Tutelaris Angelus Ubedenſis civitatis, hanc voluiſſe impedire translationem, ut quondam populi Iſraelitici è Perſide transmigrationem, Angelus regni Perſarum: dum enim ſepulchro ſacrum pignus exime-

ximeretur, P. Bartholomæus à S. Ba-
ilio à ſomno éxcitatus, hæc ſibi cla-
a voce verba dici audivit: *Surge: ecce
orpus auferunt ſancti Patris Joannis à
Cruce*; qui ſine mora ad templum
convolat, quod tamen ingredi non
uit permiſſus, Prælato fores obſer-
ante, à quo, impoſito ei ſilentio
llorum, quæ fiebant, ad cellam re-
niſſus fuit.

Huic quoque affine videtur, quod
ccidit in itinere. Proceſſerat jam
ongius ab urbe Franciſcus, cum ſuis
comitibus, & collem quemdam de-
ſertum, ante auroram pertranſiens,
hominem ex improviſo comparere,
c vociferari advertit: *Quo defers cor-
pus iſtius SANCTI? cur non relinquis,
ubi erat? reſtitue ſuo illud loco.* Quâ
voce haud parum omnes conſternati
fuêre, cum humanitùs nemo ſcire
poſſet, quid portarent; ideoque non
homo, neque hominis illa eſſe vox
pſis videbatur.

Progrediendo ulterius, repente
alius apparuit, importunè inveſti-
gans,

Redux Madritum præfatus Franciſcus, retulit domino Ludovico ſororiq; ejus admirandam corporis transferendi incorruptionem; in cujus teſtimonium reſectum ipſis obtulit digitum.

Novem alijs exactis menſibus, cum jam carnem à calce conſumptam crederent, rurſum eundem Franciſcum Ubedam ablegant, ad veneranda oſſa Segobiam deportanda; qui obſervatis cunctis ſupra memoratis cautelis, coram ijſdem Religioſis, aperto conditorio, corpus adhuc integrum, à calce tamen deſiccatum deprehendit, ſacro fragrans odore: & relicto ibidem crure integro, illud in bulgam, ut cautiùs celaret, recondidit; & eadem nocte Ubedâ ſe proripuit.

Videtur Tutelaris Angelus Ubedenſis civitatis, hanc voluiſſe impedire translationem, ut quondam populi Iſraelitici è Perſide transmigrationem, Angelus regni Perſarum: dum enim ſepulchro ſacrum pignus exime-

ximeretur, P. Bartholomæus à S. Ba-
ilio à ſomno éxcitatus, hæc ſibi cla-
a voce verba dici audivit : *Surge: ecce
orpus auferunt ſancti Patris Joannis à
'ruce* ; qui ſine mora ad templum
onvolat, quod tamen ingredi non
uit permiſſus, Prælato fores obſer-
ante, à quo, impoſito ei ſilentio
llorum, quæ fiebant, ad cellam re-
niſſus fuit.

Huic quoque affine videtur, quod
ccidit in itinere. Proceſſerat jam
ongius ab urbe Franciſcus, cum ſuis
omitibus, & collem quemdam de-
ertum, ante auroram pertranſiens,
ominem ex improviſo comparere,
c vociferari advertit: *Quo defers cor-
us iſtius SANCTI? cur non relinquis,
bi erat? reſtitue ſuo illud loco.* Quâ
oce haud parum omnes conſternati
uêre, cum humanitùs nemo ſcire
oſſet, quid portarent; ideoque non
omo, neque hominis illa eſſe vox
pſis videbatur.

Progrediendo ulterius, repente
lius apparuit, importunè inveſti-
gans,

ſtomum, qui cœnobio Diſcalceatorum præerat, convenit, litteras tradidit Vicarij Generalis, quibus præcipiebatur, ut exhumatum clandeſtinò corpus P. Joannis à Cruce illi conſignaret, Segobiam deferendum. Vicarij mandato obtemperaturus Cœnobiarcha, una circiter ante noctem mediam hora, Religioſis omnibus ſomno ſopitis, aſſumptis P. Matthæo de ſanctiſſimo Sacramento, & F. Michaële à JESU, quibus Vicarij intimavit præceptum, & ſecreti obligationem indixit: una cum præfato Franciſco de Medina, obſeratis templi oſtijs, ad tumulum Viri DEI acceſſit, & ſacrum corpus effodere incipit. Vix illud detegere cœperant, & odorem prorſus cæleſtem efflare advertunt; adeoque integrum & ab omni etiam leviſſima corruptione immune reperiunt, ac ſi eâ ipſa hora exſpiraſſet. Vulnera pedis adeò viva erant & recentia, ut aquam & ſanguinem, à ligone, inter effodiendum nonnihil offenſa, emitterent. Tres

manus

nus dexteræ digiti , quibus ſcri-
ndo uti ſolemus , ſuo candore &
ore candidiſſimum ac perlucidum
rmor referre videbantur. Horum
um præcidentes , ut dictæ dom.
inæ donaretur, non minus copio-
s recenſque profluxit ſanguis,
iàm ſi è manu hominis vivi præſe-
ıs fuiſſet. Porro cum prodigio-
n hanc corporis incorruptionem,
ri adeò celebris ſanctimoniæ, quæ
ılli cauſæ naturali tribui poterat,
eritò revereri, ac venerari debuiſ-
nt, non ſecus tamen ſacerrimum il-
d corpus tractarunt , quam aliud
ıodlibet cadaver. Perpendentes
mq; corpus illud tali in ſtatu com-
odè transferri non poſſe, ventrem
eriunt, viſcera, quæ non minus ad-
uc integra erant, & incorrupta, mi-
mq; odorem ſpirabant, extrahen-
s, viva calce replent, ut citius caro
onſumeretur , & commodius ſacra
ſſa transferri poſſent ; corpus etiam
mili obrutum calce , rurſum inhu-
arunt.

Redux

imeretur, P. Bartholomæus à S. Ba-
o à ſomno excitatus, hæc ſibi cla-
voce verba dici audivit: *Surge: ecce*
pus auferunt ſancti Patris Joannis à
uce; qui ſine mora ad templum
nvolat, quod tamen ingredi non
it permiſſus, Prælato fores obſer-
nte, à quo, impoſito ei ſilentio
orum, quæ fiebant, ad cellam re-
ſſus fuit.

Huic quoque affine videtur, quod
cidit in itinere. Proceſſerat jam
ngius ab urbe Franciſcus, cum ſuis
mitibus, & collem quemdam de-
rtum, ante auroram pertranſiens,
ominem ex improviſo comparere,
vociferari advertit: *Quo defers cor-*
s iſtius SANCTI? cur non relinquis,
i erat? reſtitue ſuo illud loco. Quâ
ce haud parum omnes conſternati
êre, cum humanitùs nemo ſcire
ſſet, quid portarent; ideoque non
omo, neque hominis illa eſſe vox
ſis videbatur.

Progrediendo ulterius, repente
ius apparuit, importunè inveſti-
gans,

Segobiam introduceret, id tamen minimè conſequi potuit, ob fragrantiæ præſtantiam, quam continuè exhalabant: quæ multos attonitos reddebat, qui in diverſorijs maximè, curioſiùs inquirebant, quid arca illa contineretur, ex qua tam inſolita procedebat fragrantia? Crevit illa mirum in modum, cum Segobienſe territorium attigiſſet, cujus ſuavitate allecti, plures ad ipſas uſq; urbis monaſterijq; portas comitabantur.

Fruſtra indicavero devotionem, gratulationem, & exultationem, qua ſacroſanctum corpus Religioſi exceperunt; & incredibilem populi illud videre & venerari cupientis confluxum, de quibus miranda referuntur in vitæ ejus Hiſtoria.

Percepta ab Ubedenſibus hac corporis B. P. JOANNIS translatione, ægerrimè tulerunt tam pretioſo ſe ſpoliatos eſſe theſauro, communibusq; decreverunt ſuffragijs, litem eſſe intendendam Segobienſibus, poſtulandamque à Sede Apoſtolica ſacri pi-

gnoris reſtitutionem. Pro Segobienſibus egit prædictus Dominus Ludovicus de Mercado, cum D. Anna de Pennaloſa, & poſtquam ultrò citroque ſatis certatum fuit, *Clementis VIII.* Diplomate anno 1596. die 15. Septemb. venerabile corpus Ubedenſi urbi reſtituendum decernitur. Cujus executio à Sanctiſſimo commiſſa fuit Reverendiſſimo D. Bernardo de Rojas Epiſcopo Giennenſi, & Domino Doctori Lupo de Molina Collegiatæ Eccleſiæ Ubedæ Theſaurario.

Ad turbas autem ac diſcordias, quæ inter utramque urbem exortæ fuêre ſopiendas, poſt multas aliquot annorum contentiones, hujusmodi tandem inter eas, authore & mediatore R. P. Præpoſito Generali Excalceatorum, compoſitio facta fuit. Ut Segobienſes retineant ſacrum caput cum corporis trunco; & Ubedenſibus, præter crus illis in corporis translatione relictum, alterum etiam crus cum brachio altero tradatur:

bra-

brachium quippe alterum, in tranſitu Madriti ablatum fuerat, ibidemque tunc manſerat; quod hoc tempore Medinæ campi apud Excalceatas Carmelitas aſſervatur.

Non eſt hic reticendum, quod inter reſecandum Segobiæ dictum crus ac brachium à corpore, tanta ex illo, mirare Lector! prodierit fragrantia, ut non Eccleſiam ſolùm, verum etiam adjacentia compleverit loca: quam etiam culter ipſe ac forfices, quibus in illa diviſione uſi fuerant, adeò tenaciter contraxerunt, ut non minùs in his quam in illis, per complures dies mirabiliter perſeveraverit.

Non inferiori Ubedenſes pietate ac lætitia, applauſu ac concurſu totius urbis, ſacras has Reliquias receperunt, quam Segobienſes exceperant: nec minus eas honorificè quàm iſti ſuas condiderunt; neque minoribus aut rarioribus à Viro ſancto Ubedenſes, quam Segobienſes, beneficijs ac miraculis ditari ac honorari promeruerunt.

Caput XIX.

Frequentes ac glorioſæ poſt mortem apparitiones.

PErmultis, varijs in locis, poſt ſuum deceſſum B. Patrem apparuiſſe, ſibi devotis & amicis, produnt Hiſtoriæ, plurieſq́ue laudati Proceſſus: è præcipuis nonnullas ſolum proferemus.

Ubedæ, eodem penè quo expiraverat momento, viſendum ſe dedit *D. Claræ de Benavides* primariæ hujus urbis matronæ, conjugi D. Bartholomæi de Ortega, grates eidem referens, ob inſignem in diutino ſuo morbo exhibitam beneficentiam, in rebus omnibus neceſſarijs affluenter procurandis & ſuppeditandis, eximiâ illam afficiens lætitiâ: cujus etiam proles, quam utero geſtabat, particeps fuiſſe videtur: quæ exiliendo & exultando, matrem tunc ſoporatam à ſomno excitavit, atq́ue ita prius quam mater Patris ſenſiſſe præſentiam.

Eadem

Eadem nocte, in hac ipſa urbe, vidua quædam magnæ virtutis ac perfectionis, *Ludovica de la Torre* dicta, deſiderans ſanctum videre virum, & animæ ſuæ ei ſinum aperire, rapta in ecſtaſim, conſpexit Carmelitam Diſcalceatum, in genua provolutum, oculis in cælum ſublatis, humeris ſuſtinentem domum & templum Diſcalceatorum Ubedenſis aſceterij, quæ tamen ipſum non gravabant. Facies ejus admodum ſplendida erat ac formoſa; atque è vultu habituque illius mira prodibat lux, & claritas. Cœnobium ac templum, quod vidit, non erat illud, quod tunc extabat vetuſtum, maleque formatum, ſed aliud novum ac perelegans. Dictum quoquè ipſi fuit, Religioſum illum Patrem eſſe JOANNEM à Cruce, & ejus ope cœnobium illud erigendum, deque rebus omnibus illi proſpiciendum eſſe. Illuceſcente die percepit mortem B. Patris, ſibique perſuaſit ſanctum Virum cælo receptum, à Domino mox petijſſe ac obtinuiſſe

Ubedenſis monaſterij; quod alias ob defectum neceſſariæ ſuſtentationis deſerendum videbatur, conſervationem & incrementum; quod deinceps adeo profecit, ut inter præcipua Provinciæ Bæticæ numeretur. Verum non materialiter ſolum hæc viſio intelligenda, & complenda fuit, ſed myſticè quoque; ac per ædificium humeris JOANNIS ſuſtentatum, ædificium ſpirituale, mons ſcilicet Carmeli, cujus reſtaurationem Joannes noſter ſuſtinuit, fundavit, ac firmavit.

Celebris eſt illa tergemina apparitio, qua dignatus fuit *F. Martinum ab Aſſumptione*, ſuum quondam comitem, ac familiarem, è qua etiam conijcere licet, eximiam, quam etiamnum in Empyreo gerit, curam ſuæ Religionis. Sub initium anni 1618. in civitate Iliturgitana ſpectandum ſe exhibens dicto Fratri, præcepit, ut diceret R. P. *Joanni à* JESU MARIA Provinciali Bæticæ, qui corpus venerabilis M. *Catharinæ à* JESU in oppido

Veas

Veas in honoratiorem locum transferri curaverat, quod æternam à DEO recepturus ſit mercedem, ob honorem impenſum corporibus Sanctorum; ſciat etiam, in clauſtro minori Baëzæ ſepultos eſſe quinq; ſanctimonia illuſtres Religioſos, ut illos pariter exhumari & honorificentiùs collocari curet. Hoc cum factum fuiſſet, apparuit denuò eidem F. Martino, præcipiens, ut ſignificaret præfato P. Provinciali, quod obſequium acceptiſſimum in transferendis illis quinquè ſacris corporibus ipſi præſtitiſſet; diſtulit ille S. Patris mandato ſatisfacere, ne fortè novus revelationum nundinator haberetur. Cui triduo exacto, rurſus ſe conſpiciendum obijciens JOANNES, non ſerena, ut alias, ſed vultuoſa facie, dixit: *Cur differs, quòd juſſi facere: ne amplius procraſtines.* Et ne frater illuſionem ſubeſſe ſuſpicaretur, ſumens, quam ſub ſcapulari gerebat, Crucem, & deoſculans ipſi tradidit, factaque profunda inclinatione ſeu reverentia

imagini Chriſti Crucifixi in pariete ſuſpenſæ, diſparuit. Multa per hanc à ſancto Viro cælitùs donatam Crucem, patrata fuiſſe deinde prodigia, refert P. Hieronymus *Lib. 7. Cap 15.*

Granatæ iteratis vicibus apparuiſſe Ven. *P. Michaëli ab Angelis*, tradit *ibidem* idem Author: quem etiam Vir ſanctus, in eodem Cœnobio, anno 1587. veſte Religionis donaverat; in quo cum grandi vixit opinione ſanctitatis, & devixit an. 1613. die 9. Februarij, nunquam Baptiſmi amiſſa gratia, ut atteſtatur Franciſcus à S. MARIA *Tomo 1. Annalium reſtaurati Carmeli Lib. 3. Cap. 9.* qui eum *hominem* appellat *Angelicum*, *theſaurum puritatis*, *oppreſſorum ſolatium*, & multis à DEO chariſmatibus, revelationibus, viſionibus, prodigijs ac Prophetiæ dono dotatum fuiſſe affirmat.

Didaco de JESU viſus quoque fuit B. Pater, & à morbi tabe, qua miſerè conficiebatur, vendicando, ſanitatem impertijt.

Alius etiam *Didacus à SS. Sacra-*

mento cognominatus, in Lucenſi Bæticæ oppido lethali correptus ægritudine, ad extrema redactus videbatur, ſed implorata Viri ſancti ope, ab eo viſitari, ſolari, & priſtinæ reddi meruit incolumitati; ita integrè, ut die altera Concionem ad populum habere potuerit. Gravem eidem, tunc quoque, quam poſtmodum Cordubæ expertus fuit, prædixit perſecutionem ac tribulationem.

Frequentius apparuiſſe ſacris ſui Ordinis Virginibus docent nunc ſubijcienda exempla. Decumbebat Segobiæ *Beatrix à SS Sacramento* graviſſima proſtrata valetudine, membrorum etiam contractione, acutiſſimiſque doloribus afflictata: quæ omnia jam pridem à Viro Dei ipſi prænuntiata fuerant. Nocte quadam, dum acrius infeſtaretur, cæleſti hoc viſo recreari meruit. Obverſans ei conſpicuè P. Joannes à Cruce, ſplendore coruſcans, qui ſolem ipſum perſtringeret: Religionis habitu, auro, gemmis, ac ſtellis operto,

amictus. Caput etiam corona ornabat aurea; qui illam animando ad fortiter omnia Chriſti amore perferenda; lætitia etiam cumulando, & perfecta ſanitate donando, ex oculis ejus abijt.

Huic iterum *Beatrici*, & *Annæ à S. Joſeph*, ejuſdem parthenonis alumnæ, in alio quodam diſcrimine, eodem tempore, diverſis in locis conſtitutis, ſe conſpiciendum dedit, ambas conſolando, & de futuro, quem formidabant, ſucceſſu edocendo.

Hærebat lecto affixa in Giennenſi Parthenone *M. Iſabella ab Incarnatione*, ejus præfecta, morbo è graviſſima mœſtitia contracto; quod percepiſſet, ceſſiſſe in præjudicium P. JOANNIS à Cruce, quod in ejus ipſa favorem quodam in Proceſſu depoſuerat. Veniam ſui errati à Viro ſancto (jam è vivis exceſſerat) aſſiduè & efflictim flagitanti, aliquando ſereno vultu aſtitit, & ſic affatur: *Noli conſtriſtari, filia, nihil enim in me deliquiſti*: & dextera capiti illius impoſita, imperti-

tita-

titâque benedictione, diſparuit: pulſa ab ejus animo omni afflictione, & omni fugata à corpore invaletudine.

E Granatenſi ad Almodovarenſe fundandum cœnobium miſſa fuerat *M. Mariana à JESU*, quæ cum eo abſoluto, ad ſuum Granatam reverti exoptaret, per P. JOANNEM à Cruce, cui impenſiùs addicta erat (ob eximium, quem ex ejus doctrina ſemper hauſerat, profectum) id conſequi ſperabat. Quo defuncto haud parum affligi cæpit, deſperans adipiſci quod ambiebat. Eo in mœrore agenti in conſpectum ſe obtulit Vir ſanctus, bono animo eſſe juſſit; ſpondens ſe effecturum, ut voto ſuo potiretur. Veritatem viſionis exitus comprobavit; pauci vix effluxerant dies, & illa nec petente, nec ſolicitante, ad Granatenſem Parthenonem à ſuis Prælatis remiſſa fuit.

Baëzæ deſtituta à medicis, non tam cum morbo, quam cum morte luctabatur, *Maria ab Aſſumptione*; cui, cum aſſiſtentes ei Virgines dixiſſent,

ſe ſperare, quod P. JOANNES à Crùce, quem plurimum ſemper coluerat, in periculoſo illo agone, ſua præſentia ac præſidio non eſſet deſtituturus; reſpondit: *jam nunc adfuit, me conſolando ac corroborando.*

Cordubæ quoq; videndum ſe præbuit in comitatu Deiparæ Virginis, raro ſplendore ác decore conſpicuus Ven. *M. Maria de JESU*, ejus parthenonis antiſtitæ, Virgini notæ virtutis ac ſanctitudinis.

Anno 1600. ſeſe ſpectabilem dedit *Anna à JESU* Almodovarenſis cœnobij ſodali, à gravi, qua premebatur, eam ſublevans afflictatione.

Languebat anno 1619. Bruxellis, celebri Brabantiæ urbe, Ven. *M. Anna de JESU*, (alia eſt à ſuperiore) Diſcalceatarum monialium in Francia & Belgio Fundatrix, graviſſimis morbis, acutiſſimiſque doloribus penè confecta, cui B. P. JOANNES apparens, ſua ipſi demonſtravit vulnera, expoſuitque, quos in noviſſima ſua infirmitate, ſuſtinuerat dolores, ad tole-

tolerantiam illam excitando: unaq́; etiam indicavit, quanta adhuc ei perferenda reſtarent, uberrimumq́; fructum, quem exinde eſſet relatura.

Hoc Anna oraculo excitata, & corroborata, cuncta pertulit admirabili patientia, & in divinam voluntatem reſignatione; ac biennio in his expleto, ſanctè obijt anno 1621. IV. Non. Martij. Inſignis hujus Viraginis vitam, virtutibus & prodigijs admirandam, conſcripſit, ediditq́; Bruxellis anno 1632. libris octo, Reverendiſſimus D. *Angelus Manriq́;* *Sac.* Theol. Doctor ac Salmanticæ primarius Profeſſor, Generalis Ordinis Ciſtertienſis ac Pacis-Juliæ Epiſcopus; quæ deinde Gallicè verſa, multoq́; auctior ibidem prodijt an. 1639.

Nec ſolùm Beatis accenſum, ſed, quod multò eſt mirabilius, inter mortales adhuc agentem, & alibi degentem, Granatæ exiſtenti *Annæ* JOANNEM noſtrum apparuiſſe, tradit Hieronym. à S. Joſepho *Lib. 5. Cap. 5.* Sed præ cunctis alijs frequentiſſimè

ejus

ejus fuit viſione dignata Vener. *M. Franciſca à SS. Sacramento*, Diſcalceatarum Pampelonenſis Parthenonis alumna; adeò, ut tribus poſtremis vitæ ejus annis, videlicet currentis ſæculi viceſimo ſeptimo, octavo & nono, paucæ fuerint hebdomades, quin ipſi ſemel, aut pluries apparuerit; & nunquam ſolus, ſed comitatus ſemper alijs cæli Civibus, illis præſertim, quorum eo die in Eccleſia feſtivitas agebatur; ac plerumq; etiam S. M. TERESIA, cum alijs nonnullis ſui Ordinis Sanctis. Legendus *Liber. 1. & 3.* admirabilis valdè *Vitæ hujus Virginis*, quam conſcripſit D. Michaël Baptiſta de Lanuza *Philippi IV.* Conſiliarius & Eques Ordinis S. Jacobi &c. Quæ cenſa ac comprobata à Reverendiſſimo D. Franciſco de Araujo Epiſcopo Segobienſi, Joan. Euſebio Nierenbergio, & Roderico Deza Soc. JESU, octoque alijs diverſarum Religionum præcipuis Theologis, typis prodijt Cæſarauguſtæ, idiomate Hiſpanico, an. 1659. & Italicè verſa Mediolani,

per R. P. Joachimum à S. Maria. Multa ſunt & ſtupenda, quæ harum interventu apparitionum *Franciſca* divinitùs conſecuta fuit beneficia.

Neq́ue domeſticis duntaxat, ut hactenus conſpeximus, ſed exteris quoquè & Regularibus, & Sæcularibus, ut nunc ſpectabimus, ſe viſendũ præbuit.

Non ſemel Granatæ cuidam ſanctimoniali, *Mariæ Juſtinæ* nomine, Ordinis Minorum Capucinorum, magnarum virtutum Virgini, cui, ante Religionis ingreſſum, à ſacris fuerat Confeſſionibus, una cum SS. Dei Parente habitu Diſcalceatarum Ordinis Carmeli amicta, Joannes apparuit, & graviter aliquando afflictam mirificè ſolatus eſt; multiſq́; alijs exinde dignatus favoribus.

Alia quædam Granatenſis urbis primaria femina, *Ludovica de Segura* nuncupata, abdicato ſæculi faſtu, mundique ſpretis delicijs, ſe totam Deo, pietatiſq́ue exercitijs tradiderat, conſcientiæ arbitro, Joanne noſtro, dum Granatæ moraretur, uſa. Hanc Vir,

Dei

DEI jam vita functus, aliquando inviſens, ad multa & magna pro DEO patranda ac toleranda excitavit.

Burgis multoties *Joanna Rodriquez* Ordinis S. Franciſci alumnæ, ſanctitatis fama per Hiſpaniam celebri apparuit, multis cæleſtis gloriæ indicijs conſpicuus. Viſus fuit comitatus nonnunquam Chriſto Domino, alias cælorum Reginâ, alias ſanctis Apoſtolis, interdum SS. Martyribus, aut Virginibus. Teſtificata quoque fuit ſacra hæc Virgo, B. P. JOANNEM à Cruce fuiſſe unicum animæ ſuæ magiſtrum ac directorem, in omnibus, etiam rebus minimis, ad vitam ſpiritualem ac perfectionem pertinentibus inſtruendo, ac dirigendo; quod præſtitiſſe videtur jam Cælitibus aggregatus, cum inter mortales degens nunquam Burgis commoratus fuerit.

Ludovica de Meſcua monialis Franciſcana, deſperata à medicis ſalute, letho proxima videbatur: cui Sanctus ſe oſtendens, & capiti ejus manum

num imponens, à pleuritide liberavit, & incolumem, & gaudio perfuſam diſparens reliquit.

Segobiæ cuidam apparuit feminæ ſanctitatis fama illuſtri, *Beata* vulgo nuncupatæ, cæleſti refulgens luce, & ſertum è floribus ſpecioſiſſimis in capite geſtans.

In eadem urbe *Michaël de Angulo*, mortem non tam imminentem operiens, quam præſentem ſpectans, velut nuntium remiſerat rebus humanis; ſenſibus jam deſtitutus; verum repentè ſibi redditus ſic adſtantes affatur: *non moriar ex hoc morbo, quod mihi viſus dixit P.* JOANNES *à Cruce*; & integrè mox revaluit.

Didaco quoquè *Gomez* Segobiæ, & *Joanni de Vera* Ubedæ, alijsque alibi ſpectandum ſe offerens, incolumitatem cælitùs contulit.

Ex varijs apparitionibus, quibus germanum fratrem ſuum *Franciſcum de Jepes*, non tam ob ſanguinis conjunctionem, quam virtutum eminentiam ipſi maximè dilectum, recreare voluit,

voluit, unam hic duntaxat, ne prolixitudine faſtidio ſimus, adducere juvat.

Cum gravi aliquando ſpiritus caligine involutus, & varijs preſſus interioris hominis incommodis, totus deſolatus, orationi impenſiùs inſiſteret; vidit improvisò totum cubiculum miro illuſtrari ſplendore, & auguſtiſſimam cælorum Imperatricem, magno Angelorum Cælitumq; ſtipatam comitatu, illud ingredi, fratremquè ſuum JOANNEM à Cruce lateri ejus proximè aſſiſtentem, qui Franciſcum propiùs accedens læto ſerenoq́ue vultu, cæleſti familiariq́ue aliquamdiu detinuit, & oblectavit alloquio: qui tandem inter cælicos Angelorum concentus, tot Cælitibus comitatus, cum Deipara ad Empyreum rediјt.

Huc quoque revocari poteſt, celebris illa, cujus *ſupra Cap. 15.* §. 4. meminimus, apparitio, qua Ubedæ viſus à pluribus, in aëre contra atrociſſimam obluctari tempeſtatem, eamquè

què penitus profligare, ne cladem, quam Ubedenſi territorio manifeſtè intentabat, inferre poſſet.

Caput XX.

Prodigioſæ ſacrarum imaginum in carne B. Joannis apparitiones.

Admirandæ ſunt apparitiones illæ, neque de ullo hactenus Sancto, vel lectæ, vel auditæ, quæ in diverſis particulis carnis B. P. Joannis à Cruce etiamnum videntur; in quibus videre eſt diverſa myſteria, cæleſteſque imagines, Chriſti Domini, Spiritus ſancti ſub columbæ ſpecie, venerabilis Sacramenti, Deiparæ Virginis, Angelorum, aliorumque Sanctorum, ac potiſſimum ejuſdem B. Patris. Hæ Medinæ campi an. 1594. ipſo Epiphaniæ feſto, primum manifeſtari cœperunt, ac deinde Segobiæ, Burgis, Cæſarauguſtæ, Bilbili, Ubedæ & ferè ubicunquè mirabilis hujus Sancti habentur Reliquiæ, ſtupenda hæc

hæc prodigia perſeverant. Harum apparitionum hoc traditur fuiſſe exordium.

Conquerebatur aliquando amanter Chriſto Domino præfatus *Franciſcus Jepeſius*, quod dilectiſſimum ſuum fratrem JOANNEM à Cruce, jam vita functum, nunquam ſibi conſpiciendum daret, cum ſemetipſum, alioſque cæli Cives non infrequenter ſpectandos offerret: obnixeque rogavit, ut ſicut aliorum Beatorum, ita quoquè Germani ſui aliquando conſpectum indulgeret. Plurimum placuit Chriſto columbinus animi candor, germanaque Franciſci ſinceritas, & votis ejus annuens, dixit: *Quoties amodo aſpexeris, quam in ſacra Reliquiarum theca geris, particulam carnis fratris tui, toties eundem intueberis.* Quibus dictis ex oculis ejus elabitur, qui ipſi apparuerat, Servator.

Franciſcus nihil dubiùs de oraculo Dominique promiſſo, magna ſumens fide reverentiaque Reliquiarum thecam, vidit in illa fratrem ſuum Jo-

ANNEM

ANNEM, ea ſpecie & habitu, quo erat dum hic viveret, at vultu longè formoſiori; quem dum attonitùs & lætabundus contemplatur, cernit quoquè in eadem carne Deiparam Virginem, Carmelitarum indutam habitu, ulnis geſtantem JESUM infantem, qui ſiniſtro complectens brachio collum Matris, corpuſculum extendens verſus B. Patrem, manum dexteram vertici ejus imponebat. Quanto autem ex divino hoc ſpectaculo Franciſcus perfuſus fuerit gaudio, quis ſufficienter exponere valebit? Revelatum tum quoque cælitùs Franciſco fuit; mirifico hoc viſo demonſtrari, quam familiari intimoq; pietatis affectu JOANNES in terris JESUM infantem, ejuſque Parentem ſemper coluerit.

Tanto cælitùs recepto favore, ne forte à Principe tenebrarum in Angelum lucis ſe transformante deluderetur, rem totam cum R. P. Chriſtophoro Caro, Societatis JESU Theologo, pietate & doctrina inſigni, confeſſario ſuo communicavit: qui hanc

ſibi

ſibi carnis particulam exhiberi voluit; quam cum ſubmiſſis in terram poplitibus, una cum Franciſco devotè veneraretur, conſimili & ipſe viſione dignatus fuit; non abſq; ingenti *ſtupore* & gaudio: quod impendio magis crevit; cum accerſitos omnis ætatis homines, ad has ſacr. Reliquias (nihil ipſis de his apparitionibus indicando) venerandas invitaſſet, quorum nonnullos protinus aſſerentes audivit, ſe videre in illis Chriſtum Crucifixum: quoſdam, ſe cernere puerum JESUM intra Virginis Matris brachia; alios ſe conſpicere B. Patrem genuflexum coram Crucifixi imagine, capite nube velati, reliqua corporis parte conſpicui: alios alias ſimiles ſacras effigies: multos nihil ſe videre.

Hinc concluſit doctiſſimus ille Vir ſacramentum hic latere veneratione dignum; nec myſterio carere apparitionum diverſitatem, ac multiplicitatem; & in contuentium hæc prodi-

gia

gia profectum ſpiritualem à Deo ordinari.

Et quia benigniſſimus Deus abundantia pietatis ac beneficentiæ ſuæ merita ſupplicum excedit & vota, non ſolum hunc indulſit *Franciſco* favorem, ut germanum ſuum in ſacræ carnis ejus particula, quoties luberet, intueri valeret; verum etiam alijs, ut *ſuperiori* vidimus *Capite*, dignatus fuit ejus apparitionibus; quos tamen non niſi exacto ab obitu ejus triennio, illi conceſſiſſe videtur.

Divulgato per urbem Medinenſem, vicinaque loca rariſſimo hoc, mirandoque prodigio, hominum accurrit, non ſolũ è proximis, verum etiam diſſitis valdè locis multitudo magna, hanc carnis particulam videre ac venerari cupientium: licet autem non omnes promiſcuè digni fuerint ſacras has in illa videre imagines, innumeri tamen voti ſui compotes effecti, illas conſpicere meruerunt, atq; hac ratione lætitia cumulati & ad pietatem incitati domum redière.

Cre-

Crevit mirificè cum hujus promulgatione prodigij ſanctitatis fama Joannis noſtri, atque æſtimatio ſacrarum Reliquiarum ejus, de quibus vel modicum indipiſci Magnates, Antiſtites, & magni etiam Hiſpaniæ Principes omnimodis procurabant.

Nec ſolum in modica illa carnis particula, quam Franciſcus habebat, ſed in alijs quoque ſimilibus, ſacræ hujusmodi effigies apparuêre; præſertim in memoratis ſupra locis; nequè ullæ unquam aliæ, quam ſanctæ & piæ, & ad pietatem incitantes conſpiciuntur. Nonnulli eaſdem omninò ſemper contuentur imagines: alij nunc has, nunc illas; multi nullas: atq; ita non apparitio duntaxat imaginum, ſed ipſa quoquè earum diverſitas, multiplicitas, ac mutatio, opus eſſe ſupernaturale ac prodigioſum cenſetur.

Ipſa Chriſti Domini effigies, ſub varijs conſpicitur figuris: nonnunquam ſub infantis, inter ulnas Virginis Matris; nonnunquam in ulnis ipſius

ipſius B. Patris genuflexi, & JESULI pedes deoſculantis; alias inſidentis ſiniſtro Patris brachio, & admoventis faciem ſuam Patris faciei, qui dextera illum complectitur: alias inſidentis nubeculæ, ac manu coronam gerentis auream, Patriſque capiti imponentis. Interdum in juvenili videtur ætate, vultu formoſiſſimo; aliquando facies ejus linteo impreſſa Veronicæ; alias ea ſpecie, qua ſpectandus à Pilato exhibitus fuit populo, ſpinis virentibus coronatus, & quaſi profluentibus è plagis ſanguinis guttis; vultu adeò triſti & ad mœrorem compoſito; ut intimam moveret compaſſionem: alias ſub alijs ſacræ Paſſionis ejus myſterijs. Crux quoquè cernitur ligni S. Crucis referens colorem. Quatuor item lucidiſſimæ ſtellæ Crucis figuram formantes.

Deipara quoque Virgo, præter ſupra expreſſum, varijs modis alijs conſpicitur: nonnunquam ſub forma imaginis immaculatæ Conceptæ,

prætioſiſſimam coronam in capite geſtantis, lunamq́ue pedibus calcantis: alias in habitu Carmelitarum, brachijs verſus B. Patrem extenſis, extremaſq́ue manus capiti ejus admoventis.

Sæpiùs plures videntur Angeli, & interdum Cherubini ac Seraphini, & hi formoſiſſimo & accenſo vultu, capite diademate redimiti: nonnunquam quidam Seraphim è regione vultus *B. Joannis*, ex ore ejaculans lucis radium, in faciem ejuſdem tendentem. *S. Joſeph* cernitur puerum Jesum ulnis gerens, & intuentibus offerens: S. Propheta *Elias* promiſſa barba & ſcintillantibus oculis: *S. Joannes Baptiſta* integro corpore, tibijs & brachijs ex parte nudis: *S. Maria Magdalena* & *S. Catharina* Martyr, & in hujus pectore caput Seraphini: *S. Franciſcus* Seraphicus niveo colore & vultu inflammato, & *Franciſcus Xaverius* oculis in Cælum defixis: & tandem frequenter, (tranſeo plures diverſaſq́ue alias) *S. M. Tereſia*, & aliquan-

quando *Franciſcus à puero JESU*, Carmelita Excalceatus. Cæteris frequentiùs ſpectatur ipſemet B. Pater *Joannes à Cruce*, & plerumq́; in forma à Deo, Deiparaq́; favorem aliquem recipientis, ut ſupra inſinuati indicant modi, & alij, quos hic recenſere nimis prolixum foret. Illud quoq́ue hic obiter obſervandum venit, has omnes effigies adeò vivaciter atq́ue perfectè exprimi ac repræſentari, ut excellentiſſimi etiam pictores, quibus illas videre conceſſum, ingenuè confeſsi ſint, nullam artis ſuæ peritiam aut induſtriam, nullos, quibus ipſi utuntur coloribus, poſſe harum aſſequi imaginum perfectionem. Solet quoq́ue naturalis & ordinarius harum Reliquiarum color, priuſquam hæc prodigia in illis operetur Deus, cælitùs mutari in colorem quaſi purpureum, aut argenteum & ſplendidum, aut ſanguineum, quod attentiùs illas intuentes non ſemel obſervarunt. Nonnulli pietate & eruditione inſignes, ſub initium divinas has impugnabant ap-

paritiones, at experimento, nōn ſine magno animarum profectu, edocti, illarum facti ſunt acerrimi propugnatores. In his fuit Alphonſus de Freylas, vir eminentis ac multiplicis eruditionis, qui nullam aliquándo his apparitionib9 tribuebat fidem, ſed poſtquam in quadam, ex his Reliquijs Giennæ ſub annum 1618. nón unam ſed plures, è dictis, alijſq́ue ſacris imaginibus, aſpicere promeruit, adeò firmiter ſibi perſuaſit, eas opus eſſe divinæ virtutis ſummè prodigioſum, ut in illarum defenſionem doctiſſimum conſcripſerit Apologema, in quo è ſolidis Philoſophiæ ac Theologiæ demonſtrat fundamentis, non poſſe eas procedere à perſpectivæ artificio, aut impreſſione aliqua, aut imaginativæ potentiæ deluſione, nec à Dæmonis operatione; quod dein validè confirmat, tum à Chriſtiana pietate deductis rationibus, tum, quod à fine, quem intendere poſſet diabolus, ſint prorſus alienæ. Ac tandem concludit dicens: quod ſicut permanens in corpore S. Fran-

Franciſci ſtigmatum impreſſio, & nominis Jesu in corde S. Ignatij Martyris, maximum fuit miraculum, tale quoq; eſſe tot myſteriorum ac Sanctorum in carne & oſſibus P. Joannis apparitiones, quas Omnipotens pro ſuo beneplacito, velut totidem teſtes cæleſtes ac ſupernaturales producit ad ſervi ſui omnibus manifeſtandam ſanctitatem: & quod in illis ſemel divinitùs accidit, hic toties prodigiosè repetitur. Conſimili apologetico ſcripto has tuetur apparitiones Franciſcus Romerus, celebris Doctor Giennenſis.

Lubet nunc etiam de his differentem audire, Reverendiſſimum D. Joan. Caramuelem Epiſcopum & Theologum ævi noſtri præſtantiſſimum, in ſuo *Dominico, Lib. 7. Cap 6. num. 1068.* [Miraculis claruit, (loquitur de Joanne noſtro) dum viveret, claret poſt mortem: & inter alia, illud eſt celeberrimum, quod accidit, in varijs carnis particulis, quæ ob oculos devotos ponunt varias Chriſti, Deiparæ, & Sanctorum imagines, quas

ad majorem pictoris Increati gloriam juſſerunt æri incidi nonnulli, ut multiplicatis exemplis poſſint in mundo complures habere ſolamen. Habeo, dum hæc ſcribo, duodecim aut etiam plures expreſſas eâdem paginâ, quibus ſubſcribitur; *Admiranda hæ imagines, aliæq́ complures, novo & inaudito miraculo, apparent in diverſis particulis corporis V. P.* JOANNIS *à Cruce, Carmelitæ Diſcalceati, quæ ab Epiſcopo Valliſoletano ac Tribunali Eccleſiaſtico, omnibus & ſingulis experimentis, atq́ circumſtantijs requiſitis, & examinatæ & approbatæ fuerunt: per quas etiam, uti & earum effigies, DEUS Opt. Max. miracula plurima operatur.* Variæ ſunt & multis inviſæ hæ figuræ; multis viſæ: & rationem quis quæret? quis exponet? ſecurè, ut puto, ad Numinis voluntatem recurritur. Interim devotæ eruditionis gratia jubebo Michaeli Baptiſtæ de Lanuza, ut Latinè loquatur (ſcripſit enim Hiſpanicè) & nobis recenſeat, quid audiverit, quid viderit. Ipſe ergo in Ven. *M. Iſabellæ à*

la à S. Dominico, Cæſarauguſtani Excalceatarum cœnobij Fundatricis ac præfectæ, miræ ſanctitatis, Hiſtoria, *Lib. 1. Cap. 9.* multa ediſſerit & *n. 13.* ſic ait: *Eſt miraculum miraculorum (utor phraſi Romanâ, Romam enim veteres vocabant urbem urbium) quod accidit in minutiſſimis quibusdam Reliquijs corporis ejus: apparent enim variè diverſæ imagines, cuputa Chriſti, Spiritus ſancti ſub ſpecie columbæ, Virginis MARIÆ, & aliquorum Cælitum: imò etiam ejuſdem Patris* JOANNIS, *cui favet DIVA, cui JESUS, ejus Capiti ſanctiſſimam manum imponens. Harum imaginum aliqui vident aliquas: aliqui nullas: ſum ego ex iſtis ultimis, non enim fui promeritus, ut hunc mihi favorem Dominus dignaretur concedere. Nec volo hæc verba dicantur non favere huic miraculo, quoniam, me Judice, illud potius adfirmant. Tot enim ſunt, qui ejuſmodi figuras in hujuſmodi Reliquijs perſpiciunt, ut videatur rarum & novum eſſe aliquem, qui illas non videat.*] Hactenus cum Lanuza Reverendiſſimus Caramuel.

Caput XXI.

Miranda per eas Deus operatur.

UT autem manifeſtiùs cunctis innoteſceret, ſupradictas apparitiones opus eſſe omnipotentiæ Divinæ, placuit benigniſſimo Domino per eaſdem, & imagines illas referentes, ut modo ex D. Caramuele audivimus, non pauca patrare prodigia: Divina quippe potentia, ut S. Auguſtinus inquit, factis mirabilibus hominibus loqui ſolet; è pluribus in vitæ ejus Hiſtoria, aut præfatis Proceſſibus relatis, pauca hic ſubindicare ſufficiet.

Appulerat, longo confecto itinere, Medinam campi vir quidam illuſtris, cum adoleſcente non genere magis quàm vitijs nobili, fama excitus prodigioſarum harum apparitionum, ſacras illas, in quibus videntur, Reliquias veneraturus & conſpicaturus. Annuit pio ejus voto Chriſtus Dominus, ſpectandum ſe ipſi in illis offerens,

ferens, magna animam ejus replens pietate ac lætitia. Inſpexit quoque eaſdem aliquamdiu ſocius illius, at nihil ipſi cernere conceſſum fuit; quod ſuæ tribuens licentioſæ vitæ, palam confeſſus eſt: & ſubeunte pariter animum ſuperioris vitæ pœnitentia, obortis lachrymis, eam vehementer deteſtari, & emendare propoſuit, & cæleſtes iras omni conatu avertere. Reverſus, facta legitima, quod ei novum erat, confeſſione, ad illas denuo venerandas, aſpexit in illis Chriſtum Redemptorem noſtrum, & præ gaudio vix ſui compos, Deo impensè grates egit, atque in hominem alterum mutatus, ad propria remeavit.

Bilbili, civitas eſt regni Aragoniæ, tres erant projectiſſimæ vitæ feminæ, & in ſcelere obſtinatiſſimæ, quas plures Religioſi, & publicis concionibus, & privatis ſermonibus ad pœnitentiam inducere incaſſum ſæpius laboraverant. Duæ harum videntes in quadam ſacræ carnis B. Joannis à Cruce particula *S Mariam Magdalenam* in

antro cujuſdam nemoris ad pedes Chriſti Salvatoris, peccata ſua amariſſimè deflentem, mox ad pœnitentiam & meliorem ſunt vitam converſæ, & multis profuſis lacrymis, peccata ſua & ipſæ plangere cœperunt: ac die proximo in Eccleſia majori ejuſdem civitatis, coram numeroſiſſima populi frequentia, ſupplices, de dato tot annis laſciviâ ſuâ ſcandalo, veniam rogarunt, profeſſæ hanc converſionem ſuam meritis ac prodigijs *B. P. Joannis à Cruce* adſcribendam eſſe. Tertia reformidans, ne ſibi idem, quod illis eveniret, dictas ſacras Reliquias venerari atque aſpicere diu renuit, & licet importunis tandem ſuarum conſortum precibus permota illas intuita fuerit, nihil tamen ſimile in eis conſpexit, atque ita in libidinis ſuæ luto demerſa perſtitit; adeò verùm eſt, quod *Matth. 24. Cap.* Veritas dicit: *Una aſſumetur, & una relinquetur.*

Et hæ quidem ad pœnitentiam: quædam vero Mahometanæ ſectæ femina,

mina, *Fatima* nomine, harum interventu apparitionum, ad Chriſtianam eſt mirabiliter fidem converſa. Huic cum Alcalæ Regiæ ad intuendum oſtenſæ fuiſſent ſacræ B. P. JOANNIS Reliquiæ, vidit in eis SS. Virginem MARIAM cum JESU infante; cœpitq; protinus exclamare: *O quam formoſa Domina! O quam ſpecioſus puellus!* ac feſtinanter pergens ad aliam Mauram conſortem ſuam, jam Chriſtianam, commonſtravit ei has Reliquias, dicens: *Vide quam pulchra Domina, quam gratioſus Puer!* Conſpexit hæc quoque eaſdem in illis effigies, & Fatimæ expoſuit, hanc Dominam eſſe glorioſiſſ. MARIAM Virginem DEI Matrem, & infantem ejus eſſe Natum. Quibus perceptis Fatima dixit, ſe velle Chriſtianam fieri; & inſtructa in fide orthodoxa, ritu conſueto, ſacra unda abluta fuit: atque ita ad Chriſtianam perducta Religionem, quam prius adeò abhorrebat, ut ne quidem audire de illa vellet.

Burgis in Hiſpania Religioſa quæ-

dam (nomini ejus , Religioniſque conſultò, parcimus) conſpiciens in quadam carnis B. Patris particula, effigiem Chriſti Servatoris noſtri, muliebri curioſitate , & temeraria, ne dicam ſacrilega , audacia percita, acu eam pungere præſumpſit ; quæ mox, O prodigium ! ſanguinem emittere cœpit. Quo conſpecto ipſa tota confuſa, perterrita , ac conſternata hæſit ; ſed vice ſupplicij, quod promeruerat , patrocinantibus opiferis B. JOANNIS noſtri meritis , miſericordiam à DEO conſecuta & gratiam, vitam inſtituit ſanctiorem , magno omnium ſtupore, & utili cunctis exemplo.

Vidit aliquando *P. Ludovicus â S. Angelo*, Excalc. Carmelit. in particula quadam carnis ſancti Patris cæleſtem, ad palmæ magnitudinem, coruſcantem lucem , atque in illa elegantiſſimam Chriſti Redemptoris imaginem ; qui his , clarè & diſtinctè prolatis, eum verbis affatus fuit : *Prælato tuo obedientiam præſta & honorem,*

ac patienter ſuſtine. Quæ verba indelebiliter menti ejus, omni reliquo vitæ tempore, impreſſa mansêre, & ad impendentem, eo ipſo die, haud levem afflictationem, toleranter perferendam mirificè animaverûnt.

Nec in animis duntaxat, verum etiam corporibus, per has Reliquias, atq; imagines dictas apparitiones repræſentantes, Dominus mira operatus fuit.

Laborabat pluries laudatus *Franciſcus de Jepes* vehementi febri, quæ per contactum ſupramemoratæ, quam habebat carnis particulam, in qua toties germanum ſuum B. Joannem noſtrum ſpectaverat, confeſtim penitus profligata fuit.

Eodem omnino remedio divinitùs reſtincta fuit febris, quam vocant calidam, qua ardebat *Dominus Collantes* Licentiatus &c. cui compeſcendæ omnis medicorum opera fruſtra inſumpta fuerat.

Hoc quoque præſidio *Hieronymus Rodriquez* fandi facultatem, qua prorſus

Franciſci ſtigmatum impreſſio, & nominis Jesu in corde S. Ignatij Martyris, maximum fuit miraculum, tale quoq; eſſe tot myſteriorum ac Sanctorum in carne & oſſibus P. Joannis apparitiones, quas Omnipotens pro ſuo beneplacito, velut totidem teſtes cæleſtes ac ſupernaturales producit ad ſervi ſui omnibus manifeſtandam ſanctitatem: & quod in illis ſemel divinitùs accidit, hic toties prodigiosè repetitur. Conſimili apologetico ſcripto has tuetur apparitiones Franciſcus Romerus, celebris Doctor Giennenſis.

Lubet nunc etiam de his differentem audire, Reverendiſſimum D. Joan. Caramuelem Epiſcopum & Theologum ævi noſtri præſtantiſſimum, in ſuo *Dominico, Lib. 7. Cap. 6. num. 1068.* [Miraculis claruit, (loquitur de Joanne noſtro) dum viveret, claret poſt mortem: & inter alia, illud eſt celeberrimum, quod accidit, in varijs carnis particulis, quæ ob oculos devotos ponunt varias Chriſti, Deiparæ, & Sanctorum imagines, quas

la à S. Dominico, Cæſaraugustani Excal-ceatarum cœnobij Fundatricis ac præ-fectæ, miræ ſanctitatis, Hiſtoria, *Lib. 1. Cap. 9.* multa ediſſerit & *n. 13.* ſic ait: *Eſt miraculum miraculorum (utor phraſi Romanâ, Romam enim veteres vocabant urbem urbium) quod accidit in minu-tiſſimis quibusdam Reliquijs corporis ejus: apparent enim variè diverſa imagines, puta Chriſti, Spiritus ſancti ſub ſpecie co-lumba, Virginis MARIÆ, & aliquo-rum Cælitum: imò etiam ejuſdem Patris* JOANNIS, *cui favet DIVA, cui JE-SUS, ejus Capiti ſanctiſſimam manum imponens. Harum imaginum aliqui vi-dent aliquas: aliqui nullas: ſum ego ex iſtis ultimis, non enim fui promeritus, ut hunc mihi favorem Dominus dignaretur concedere. Nec volo hæc verba dicantur non favere huic miraculo, quoniam, me Judice, illud potius adfirmant. Tot enim ſunt, qui ejuſmodi figuras in hujuſmodi Reliquijs perſpiciunt, ut videatur rarum & novum eſſe aliquem, qui illas non vi-deat.*] Hactenus cum Lanuza Reve-rendiſſimus Caramuel.

ferens, magna animam ejus replens pietate ac lætitia. Inſpexit quoque eaſdem aliquamdiu ſocius illius, at nihil ipſi cernere conceſſum fuit; quod ſuæ tribuens licentioſæ vitæ, palam confeſſus eſt: & ſubeunte pariter animum ſuperioris vitæ pœnitentia, obortis lachrymis, eam vehementer deteſtari, & emendare propoſuit, & cæleſtes iras omni conatu avertere. Reverſus, facta legitima, quod ei novum erat, confeſſione, ad illas denuo venerandas, aſpexit in illis Chriſtum Redemptorem noſtrum, & præ gaudio vix ſui compos, Deo impenſè grates egit, atque in hominem alterum mutatus, ad propria remeavit.

Bilbili, civitas eſt regni Aragoniæ, tres erant projectiſſimæ vitæ feminæ, & in ſcelere obſtinatiſſimæ, quas plures Religioſi, & publicis concionibus, & privatis ſermonibus ad pœnitentiam inducere incaſſum ſæpius laboraverant. Duæ harum videntes in quadam ſacræ carnis B. Joannis à Cruce particula *S. Mariam Magdalenam* in

mina, *Fatima* nomine, harum interventu apparitionum, ad Chriſtianam eſt mirabiliter fidem converſa. Huic cum Alcalæ Regiæ ad intuendum oſtenſæ fuiſſent ſacræ B. P. Joannis Reliquiæ, vidit in eis SS. Virginem Mariam cum Jesu infante; cœpitq́; protinus exclamare: *O quam formoſa Domina! O quam ſpecioſus puellus!* ac feſtinanter pergens ad aliam Mauram conſortem ſuam, jam Chriſtianam, commonſtravit ei has Reliquias, dicens: *Vide quam pulchra Domina, quam gratioſus Puer!* Conſpexit hæc quoq́ue eaſdem in illis effigies, & Fatimæ expoſuit, hanc Dominam eſſe glorioſiſſ. Mariam Virginem Dei Matrem, & infantem ejus eſſe Natum. Quibus perceptis Fatima dixit, ſe velle Chriſtianam fieri; & inſtructa in fide orthodoxa, ritu conſueto, ſacra unda abluta fuit: atq́ue ita ad Chriſtianam perducta Religionem, quam prius adeò abhorrebat, ut ne quidem audire de illa vellet.

Burgis in Hiſpania Religioſa quæ-

dam (nomini ejus , Religioniſque conſultò, parcimus) conſpiciens in quadam carnis B. Patris particula, effigiem Chriſti Servatoris noſtri, muliebri curioſitate , & temeraria, ne dicam ſacrilega , audacia percita, acu eam pungere præſumpſit ; quæ mox, O prodigium ! ſanguinem emittere cœpit. Quo conſpecto ipſa tota confuſa, perterrita , ac conſternata hæſit ; ſed vice ſupplicij, quod promeruerat , patrocinantibus opiferis B. JOANNIS noſtri meritis , miſericordiam à DEO conſecuta & gratiam, vitam inſtituit ſanctiorem , magno omnium ſtupore, & utili cunctis exemplo.

Vidit aliquando *P. Ludovicus â S. Angelo*, Excalc. Carmelit. in particula quadam carnis ſancti Patris cæleſtem, ad palmæ magnitudinem, coruſcantem lucem , atque in illa elegantiſſimam Chriſti Redemptoris imaginem ; qui his, clarè & diſtinctè prolatis, eum verbis affatus fuit: *Prælato tuo obedientiam præſta & honorem,*

ac patienter ſuſtine. Quæ verba indelebiliter menti ejus, omni reliquo vitæ tempore, impreſſa mansêre, & ad impendentem, eo ipſo die, haud levem afflictationem, toleranter perferendam mirificè animaverûnt.

Nec in animis duntaxat, verum etiam corporibus, per has Reliquias, atq; imagines dictas apparitiones repræſentantes, Dominus mira operatus fuit.

Laborabat pluries laudatus *Franciſcus de Jepes* vehementi febri, quæ per contactum ſupramemoratæ, quam habebat carnis particulam, in qua toties germanum ſuum B. JOANNEM noſtrum ſpectaverat, confeſtim penitus profligata fuit.

Eodem omnino remedio divinitùs reſtincta fuit febris, quam vocant calidam, qua ardebat *Dominus Collantes* Licentiatus &c. cui compeſcendæ omnis medicorum opera fruſtra inſumpta fuerat.

Hoc quoque præſidio *Hieronymus Rodriquez* fandi facultatem, qua prorſus

ſus deſtitutus erat, Medinæ campi recuperavit: & *Anna de Miranda* à vehementiſſimo hemicraniæ dentiumquè dolore; *Catharina de Aguilar* à diuturno & atroci hepatis; atq; alia quædam femina, etiam Medinæ campi, ab acerbiſſimo femoris cruciamento, prodigiosè liberatæ fuerunt.

Miſſis alijs non paucis, per ſacras JOANNIS noſtri Reliquias, præfatis apparitionibus inſignes, editis miraculis, transeundum nunc ad illa, quæ interventu imaginum dictas myſterioſas apparitiones repræſentantium patrata fuêre: pauca ſimiliter è multis delibabimus.

Giennæ Cephalalgia continua ac permoleſta laborabat *Maria de la Fuente*, mulier octogenaria, quæ ita illam torquebat, ut noctes dieſque ſomni expers ageret, nec ulla medicinæ remedia, varia expertæ, ſubvenirent. Venerat ad aures ejus fama miraculorum P. JOANNIS à Cruce, & ſpem concipiens adipiſcendæ per illum ſanitatis, unam è pædictis myſterio-

ſteriosis imaginibus, à Diſcalceatis monialibus ſibi miſſam, capiti, dum acriùs cruciaretur, admovet; eodemquè momento, dolor omnis abſceſſit, nec unquam amplius redijt.

Ex febri tertiana duplici penè animam agebat, ſub annum 1623. *Maria de JESU* Guadalaxarenſis Sanctimonialis, depoſita, & à medicorum ope abdicata. Huic cum impoſita fuiſſet effigies, Medinenſes apparitiones referens, Februarius in Majum, ſive febrilis corporis ejus conſtitutio, in vernam & amænam integræ valetudinis eſt commutata.

Ubedæ *Sebaſtiani de Trillo* pectus dirus & immodicus tumor, cum ſævo dolore conjunctus inſederat; adeò pertinax, ut nullis medentium remedijs cederet: qui tandem, admotæ turgido pectori, cuidam è ſupradictis imaginibus, protinus ceſſit, tumorq́; omnis continuò evanuit, priſtinaq́; redijt ſanitas.

In hac ipſa urbe, *Joanna Poncea* cor acutiſſimis doloribus ita obſeſſum habebat,

bebat, ut vita ei ſupplicium videretur. His accedebat profundiſſima melancholia, cum diverſis alijs malis & incommodis. A Medicis, quorum induſtriam quatuor ſolidos annos laſſaverar, remediorum plurimum, levamenti nihil eſt allatum. Porro ſalutem contulit repentinam & integram, imploratum JOANNIS noſtri ſubſidium, & adhibita chartæ impreſſa apparitionum, in ſacris lipſanis ejus aſpectabilium imago.

Non diſpari beneficio aut remedio, nihil proficiente medicorum opera, à trimeſtri crudeliq́ue totum corpus membraq́ue omnia torquente ac lancinante dolore, *Catharina Ortiz* Ubedenſis vendicata fuit.

Ad hujuſmodi quoq́; imaginis præſentiam, mulier quædam Gordunnenſis oppidi, in diœceſi Giennenſi, an. 1617. die 20. Januarij, præſentiſſimo vitæ diſcrimini cælitùs erepta fuit. Hæc expletis legitimis ad partum menſibus, parturiebat tantùm, at eniti nulla vi poterat. Torſit miſeram

ram mortuæ quam vivæ ſimiliorem, multo tempore vehemens dolor, & nulla aderat Lucina, aut Levana; allata tandem & adhibita dicta imagine, è veſtigio, abſtersâ omni moleſtiâ, partu magis facili quam ſperato, fœtum vitæ expertem, qui matrem ipſam interimere velle videbatur, effudit.

Verùm, qui plura de hiſce myſterioſis apparitionibus, prodigioſiſque earum effectibus, pernoſcere cupit, adire poterit R. P. Joſeph à JESU MARIA, qui quinque *poſtremis libri* 3. *Capitibus* de ijs cumulatè & pijſſimè differit; ac *Capite 39.* nonnulla ex S. Dionyſij Areopagitæ doctrina, in favorem harum apparitionum, producit obſervatione digna.

Alia non pauca per B. Patris effigiem patrata prodigia referunt Biographi, ſed cum non tradant fuiſſe ex harum, de quibus hoc Capite egimus, genere, ea commemorare ſuperſedemus, & ad nonnulla, quæ in vita operatus eſt, compendiò recenſenda progredimur.

CA-

Caput XXII.

Miracula patrata à B. Patre in vita.

NOn ſemel in hujus decurſu Hiſtoriæ, varijs in locis ac temporibus, admiratione ſuſpenſi, ſpectavimus mira, quæ Omnipotens in & per Joannem noſtrum operatus fuit prodigia. Vidimus à præſentiſſimo illum interitu, in lacuna, puteo, flumine, ſub muri ruina, à Deipara, aſpectabiliter præſente, mirabiliter vendicatum: conſpeximus ſeptennem adhuc de Averni principe triumphantem, illum profligantem, & in fugam compellentem. Vidimus Tartareis ſpiritibus imperantem, ab inſeſſis corporibus, integras etiam legiones, exigentem, chirographa à devotis ipſis mancipijs tradita, proprio cruore ſignata, reddere cogentem, & in libertatem illa aſſerentem. Conſpeximus, penuriæ tempore, cœnobijs, quibus præerat, cælitùs ſubminiſtra-

tam

tam annonam, & ipſi infirmo aſparagos appetenti, loco & anni tempore maximè alieno, prodigiosè ſuppeditatos fuiſſe. Conſpicati ſumus inter orandum & ſermocinandum frequenter in ecſtaſim raptum, ſurſum corpore etiam elevatum, in aëre ſuſpenſum hærentem: alias cæleſti amictum luce, radios ſolis inſtar, & interdum ignis flammas emittentem. Intelleximus viſionibus ac revelationibus multis à Deo dignatum. Audivimus futura multoties prænuntiantem, res abſentes & abditiſſimas, imò cogitationes & arcana cordium, divinitùs pernoſcentem ac manifeſtantem. Percepimus ſuaviſſimam, ex ejuſdem corpore, & quod admirabilius, è faſciolis etiam ac linteolis, pure ſaniequè vulnerum illius tinctis & infectis, procedentem fragrantiam; & hæc ægris adhibita infirmitates perſanaſſe. Et, ut cætera ſileamus, defunctam Abulæ, mortuorum numero exemiſſe, vitæque reddidiſſe, miraculi magnitudine attoniti, aſpectavi-

ctavimus: atq; tandem Ubedæ globum copioſiſſimæ lucis deſcendiſſe, JOANNEM hinc emigrantem circumdediſſe, quo, velut alter ELIAS, curru flammanti atque fulgenti, de mundo, carne & diabolo triumphans, ad cælum conſcenderet.

Supereſt, ut è reliquis, quæ inter mortales agens patravit miracula, nonnulla ſaltem, ne fortè in optimum & ſanctiſſimum Patrem injurioſi habeamur, commemoremus, quod tamen, ne prolixitate legentibus tædio ſimus, compendiò faciemus.

Mæſtiſſima cæcitas jucundiſſimo ſenſu exuerat mulierem quandam Segobienſem, quæ virum DEI (erat ipſe conſcientiæ ejus arbiter) impenſiùs aliquando rogavit, ut pro condonandis ſibi luminibus Dominum exoraret; promiſit JOANNES id ſe facturum. Nec hujus preces, nec illius fides incaſſum cecidêre. Subſequenti etenim die læta & gratulabunda, ſine duce ad Patrem redijt, & pro impetra-

petrato divinitùs oculorum uſu, grates habuit ampliſſimas.

Graviſſimo Granatæ conficiebatur morbo *Iſabella ab Incarnatione*, de cujus ſalute, cum Medici penitùs deſperarent, accitus P. JOANNES ſacris Eccleſiæ myſterijs animum ejus munijt, & ſolemnibus precibus DEI Divorumq; tutelæ impenſiùs commendavit. His peractis, priuſquam recederet, Evangelium S. Marci, cujus eſt initium: *Recumbentibus undecim.* coram illa recitavit, & ad illa verba: *Super ægros manus imponent, & benè habebunt*, manus capiti ejus impoſuit; res mira! ſine mora cæpit è corpore ægræ quidam erumpere ſudor, & melius ipſa habere atque integrè revaleſcere.

Conſimili miraculo ſeu beneficio, Giennenſis Parthenonis Diſcalceatarum Antiſtita, è lethali febri, jam conclamata, ſanitatem recuperavit. Hujus vertici, poſt adminiſtrata ultima Sacramenta vir DEI dexteram imponendo, febrim fugavit, ac priſtinâ repentè valetudine donavit.

In

In pari vitæ diſcrimine, jam à medicis depoſitus, *Joannes à Matre DEI* Baëzæ exiſtens, per abſentis B. Patris præceptum tales extemplo recuperavit vires, ut mox Rupellam, ubi Pater agebat, ſe conferre potuerit; quem adventantem, cum ille ſua benedictione & religioſo amplexu excepiſſet, omnis ab eo confeſtim morbus abſceſſit, & ex eo procedens virium defectio, quas tunc plenè momento citiùs recuperavit.

Oblatus fuit aliquando Granatæ beatiſſimo Patri, ſacro Miſſæ peracto ſacrificio quidam, nomen non proditur, membris propè omnibus, cruribus præſertim captus, miſerrimam trahens vitam: qui efflictim ab eo petijt, ut pro ſe præfatum Evangelium legeret. Mira dictu viſuq; res! vix JOANNES Evangelium legendo abſolverat, & ille derepentè membrorum uſum, ac vires ſibi redditas ſentiens; primum præter morem ſine ullo adminiculo pedibus conſtanter inſiſtere, mox progredi etiam velo-

velociter, & exilire cœpit; cunctis, qui aderant, miraculo ſtupefactis, & DEI, Patriſque JOANNIS beneficium extollentibus. Et ipſe, quem ea res proprius attingebat, nullum divini beneficij efferendi modum, nullum agendarum gratiarum finem faciebat.

Nec ſolùm contracta & eneruata, verum etiam diffracta & contrita membra, divina virtute, curavit: cujus plura extant exempla. Diſceſſerat aliquando vir ſanctus Porcunnâ Giennam verſus, comitatus *F. Martino ab Aſſumptione* & *F. Petro à S. Maria*; & dum hic in deſcenſu collis cujuſdam concitatiùs per clivum pergeret, ad lapidem offendit, ſupra ſaxum corruit, tibia altera penitùs diffracta. Accurrens cum F. Martino Sanctus, ut eum ſublevaret, deprehendit confracta tibiæ oſſa, inſtar quaſſatæ arundinis ſonitum reddere: & humectum nonnihil ſaliva propria linteum tibiæ circumvoluit, & ipſo in jumentum ſublato, iter proſecuti fuêre. Interea hoc ſolo remedio,

rarum

rarum prodigium! diffracta tibiæ oſſa planè redintegrata & conſolidata fuêre, ita ut ad proximi diverſorij fores, ſine adjutorio è jumento deſcendere, progredi & exilire potuerit, nullo ampliùs ſuperſtite adeò enormis læſionis, aut doloris veſtigio.

Deducebat vir Dei ſub annum 1585. Granatâ Malacam, ad erigendum ibid. Diſcalceatarum Parthenonem cum alijs Sanctimonialibus, *M. Mariam de Chriſto* futuram earum illic Antiſtitam. Hæc ab improvisè perterrito, cui inſidebat, jumento, in præceps dejecta, capite illiſo adeo graviter ſaxo, ut à cunctis præſentibus mox extinguenda crederetur, & ſenſibus ſtatim deſtituta, copioſum emittens ſanguinem, velut exanimis aliquamdiu jacuerit. Acceſſit B. Joannes, & linteo cruorem abſtergens, manum atroci capitis plagæ ſuperpoſuit, & illa mox ſibi reſtituta, vires recuperavit atque ita revaluit, ut ſtatim cum cæteris iter proſequi & perficere quiverit; in ejus ſe termino inte-

integrè & plenè ſanam & incolumem reperiens. Prodigioſum hoc beneficium unius JOANNIS meritis ipſa & omnes acceptum retulerunt.

Alterius cujuſdam, qui ex editiori loco præceps deciderat, conquaſſato prorſus capite, & aliorum opinione mortui, re ſemimortui, caput manibus comprimens Vir ſanctus, & ſuam eidem impertiens benedictionem, ab interitu vindicavit, & priſtinæ ſimul reſtituit incolumitati.

Collatam divinitùs ſacris JOANNIS noſtri manib9 ſanitatem tribuendi gratiam alij non pauci experti ſunt. Fuit in his *P. Hieronymus à Cruce*, cujus verticem, cum in oppido *Veas*, decicidens ex alto tegula, graviter ſauciaſſet, per admotas vulneri P. JOANNIS manus, confeſtim dolor omnis, læſioquè prorſus evanuit.

Reperit alias in eodem oppido Vir ſanctus juvenem quendam penè exanimem, ob verbera, quibus illum noctu diutiſſimè crudeliſſimèque affecerant ſagæ nonnullæ, quod ali-

quod illarum manifeſtaſſet maleficium: cujus capiti, cum præmiſſa precatione, manus impoſuiſſet, ſurgere juſſit, & valere: dictum, factum. Surrexit illicò, qui animam agere videbatur, receptis viribus, totus ſanus & incolumis, cunctis qui aderant admiratione obſtupefactis: ipſo palam deinceps ſemper profitente, quod P. Joannis meritis, quaſi à mortuis fuerit ſuſcitatus.

Hujus quoq; favoris Segobiæ particeps fuit quidam, è Gallæcia oriundus, *Petrus* nomine; cujus manus alterius digiti, cum à ſaxo, quod elevare nitebatur, prorſus contriti fuiſſent, ſolo manuum Viri ſancti contactu, è veſtigio priori incolumitati integrè reſtituti fuêre.

Neque manus duntaxat Joannis noſtri, verùm & faſciæ & lintea, quibus in ſua noviſſima infirmitate, pro alligandis & abſtergendis pedis vulneribus utebatur, conſimili pollebant virtute. Horum quippe interventu, ſuperſtite adhuc B. Patre lethales febres,

bres, cephalea, & vehementes ſtomachi dolores depulſi fuêre. Claudus etiam hoc remedio gradiendi recuperavit facultatem; & puerpera triduo vitâ manifeſtè periclitans ſervata, & felici derepentè partu donata fuit.

De imminenti atroci monaſterio Rupellenſi, anno 1591. incendio, B. Patris præſentia ac precibus mirabiliter repreſſo, & horrida tempeſtate quæ fulmine & grandine, qua gravida erat, extremam ſegetibus, alijsquè terræ fructibus comminabatur perniciem, eodem anno & loco, cunctis ſtupentibus, à JOANNE Crucis ſigno ſedata & profligata, legendi, qui hæc uberiùs deſcribunt, alias laudati vitæ ejus Hiſtorici. Hi quoque tradunt, JOANNEM à peſte, quam Granatæ aliquando contraxerat, divinitùs fuiſſe repente liberatum: & in periculoſiſſimo præcipitio, dum Granatam proficiſceretur, ab inviſibili manu & virtute, ſervatum fuiſſe prorſus indemnem: & in pluvia & grandine, quæ in dicta urbe, quadam in

tempeſtate, circa ipſum undique copioſiſſimè è cælo decidebant, penitus intactum perſtitiſſe.

Permulti quoq; à graviſſimis tentationibus, moleſtiſſimiſque animi afflictationibus atque exagitationibus repentè ac prodigiosè liberi evaſerunt, aut manus vel pedes ejus deoſculando, aut effigiem illius intuendo, aut reliquias panis, vel alterius cibi, è quo ipſe manducaverat, ſumendo, aut lacinias indumentorum ejus, velut ſacras Reliquias venerando.

Prophetiæ ſpiritum, ac meritorum precumq; ejus miram prodit efficaciam, quod ſequitur. Viſitabat Baëzæ ſub annum 1582. Joannes noſter comitatus *F. Martino ab Aſſumptione*, parentum hujus ædes, in qua numeroſa erat familia. Decumbebant è domeſticis, peſtilenti ac contagioſo correpti morbo (qui plurimùm eâ tempeſtate ibidem graſſabatur, innumeriſq; vitam eripiebat) periculoſiſſimè ſedecim omninò perſonæ, è quibus undecim, à medicis deſtituti, ſacræ

jam

jam unctionis oleo, in ſupremam luctam delibuti erant. Videns Sanctus mœrorem, quem è tot penè animam agentium conceperat Martinus, his eum affatur ſolaturq́ue verbis: *Noli mœrere, aut contriſtari Frater*, quia è ſedecim illis, adeò periculosè decumbentibus, etſi tot etiam ſacro jam ſint oleo inuncti, nullus ex hoc decedet morbo. Illo rurſum ſciſcitante, quis hoc ei dixiſſet? reſpondit: *ille hoc mihi manifeſtavit, qui præſtare id valet.* Verum fuiſſe ac propheticum Patris reſponſum docuit ſubſecutus eventus. Etenim ſedecim illi infirmi, licet ob peſtilentem morbi malitiam, à medicis deſperati, omnes priſtinam recuperarunt valetudinem, nec intra ſexennium quiſquam illorum è vita exceſſit. Quod cum F. Martino cuncti ſtupentes, ſancti Viri meritis & precibus, miraculorumq́ue gratiæ, qua dotatus videbatur, tribuêre. Neq; modicum cenſebant miraculum, è tot lethali ac peſtifero morbo, qui alios in-

innumeros extinguebat, penè confectis, nullum omnino interijſſe.

Portentoſum eſt, quod referunt de columba quadam, quæ annis illis, quibus S. Pater Segobiæ commoratus fuit, multoties à Religioſis & Sæcularibus viſa fuit cellæ ejus feneſtræ, aut januæ, aut tecto inſidere; quæ non è terreſtri aliquo, ſed cæleſti columbario prodijſſe videbatur: excedebat namque magnitudine, ac pulchritudine omnes hujus mundi columbas. Admirandi erat candoris, collum habebat deauratum, pennæ rarum emittebant ſplendorem. Nunquam vox ejus audiebatur: nunquam alis aut gutture, ſonum aut ſtrepitum, ut aliæ ſolent, edebat: nunquam deorſum, aut aliorſum viſa volare, ſed noctu diuq; præfato immota perſiſtere in loco. P. Joanne alio migrante, ipſa quoquè diſcedebat, nec ampliùs comparebat. Granatæ quoque, dum Sanctus ibi degeret, ſimiliter viſam fuiſſe affirmant.

Quid myſterioſa hac columba deſigna-

ſignari, aut quem referre videretur, diverſi variè ſenſerunt. Quidam exiſtimabant Angelum eſſe ejus tutelarem, aut alium cæli nuntium à Deo ipſi deſtinatum, ſemper ei aſpectabiliter præſentem: alij denotari per eam continuam Spiritus S. aſſiſtentiam: quidam deſignari columbinam ejus ſinceritatem & innocentiam: alij Angelicam illius puritatem ac ſanctimoniam, per eam indicari cenſebant. Conſulendi de hoc differentes Hieronymus à S. Joſeph, alijque vitæ ejus Scriptores, qui non diſſimilem, inter cæteras, de quibus ſupra egimus, apparitiones, in ſacræ carnis ejus Reliquijs videri docent.

Caput XXIII.

Miracula poſt mortem.

Cum præſcripta Synopſis hujus brevitas, non permittat, vel illa ſolum miracula, quæ poſt Joannis noſtri obitum, Deus ejus meritis &

interventu patravit, quæq́ue in Proceſſibus, à locorum Ordinarijs, in diverſis Hiſpaniarum Diœceſibus, authoritate Pontificia, pro ejus Apotheoſi confectis, continentur, vel compendiò recenſere, viſum eſt breviſſimum illorum Elenchum, ordine alphabetico, hic exhibere, doctiori calamo illorum adæquatam deſcriptionem cedentes.

Amentibus rationem reſtituit. 3
Apoplecticis membrorum uſum. 2
Apoſtemate pernicioſo periclitantes ſublevat. 6
Brachium diffractum redintegrat. 2
Brachij ſævos dolores fugat. 1
Claudus gradiendi recipit facultatẽ. 1
Caput conquaſſatum, aut graviter ſaucium perſanat: 6
Capitis diuturno acriq́ue dolore vexatos: 12
Carcinomate fædo confectos: 3
Colicis doloribus diu exercitum: 1
Cordis diris diuturniſq́; doloribus afflictos: 9

Cor-

Corporis totius ſævis doloribus ægros: 2
Crurium permoleſto cruciatu obſeſſos: 5
Crurium fæda vulnera, aut ulcera: 4
Crus graviter aduſtum: 1
Crus penitus confractum: 1
Curru obtritam puellam: 1
Dentium acutiſſimos dolores: 4
Dorſi aut humerorum aſperrimos dolores: 4
Dyſuriâ graviter vexatos. 2
Ab Energumena Dæmonem expellit. 1
Epilepſia ſeu morbo comitiali proſtratos curat: 4
Eryſipelate periculoſo correptos: 5
Febri continuâ, quotidianâ, tertianâ, quartanâ, aut hecticâ laborantes: 26
Febri malignâ ſeu maculosâ ardentes, *petezzias* medici vocant: 6
Gonagrâ, ſeu diro genuum dolore vexatos: 2
Guttur gladio transfixum: 1

Paralyticos curat: 7
Pectoris tumorem ac ſævum dolorem: 1
Peripneumoniâ gravi laborantem: 1
Phthiſi tabida marcentem. 1
Plectuntur cælitùs renuentes ferre teſtimonium de ejus ſanctimonia aut miraculis. 2
Pleuritide ſeu crudeli laterum dolore cruciatos liberat. 10
Podagrâ & Chiragrâ laborantem ſanat. 1
Profluvium ſanguinis ſiſtit: 3
Renum acutiſſimos dolores: 1
Res amiſſæ mirificè ejus ope recuperantur. 2
Sacræ ejus Reliquiæ, cum theca in qua reconditæ erant, diutius in igne intactæ & illæſæ manent. 1
Manifeſtantur clariſſimo lucis radio ex effigie *S. Tereſiæ* prodeunte. 1
Ad ſepulchrum ejus accenſus cereus, per novem horas continuò ardens, nil prorſus imminuitur. 1

Ventris tumorem, atrocemq́; dolorem. 1
Vitam reddit pro defunctis habitis aut ſanitatem. 2
Vulneribus lethalibus aut graviſſimis medetur. 6
Duos in nocturnis tenebris in itinere à via aberrantes viſibiliter apparens ab errore & diſcrimine liberat, & ad locum ſecurum reducit. 1

Apparitiones ſacrarum Imaginum, quæ in quibuſdam (ut ſupra tradidimus) carnis & oſſium ejus particulis conſpiciuntur, rariſſimum, nunquam alias auditum, & quaſi continuum ſunt prodigium.

Omnia præfata miracula Deus operatus eſt B. P. Joannis à Cruce meritis & interceſſione, atq́; interventu plerumq́ue ſacri Corporis, aut veſtium ejus Reliquiarum, aut pulverum ſepulchri illius, aut ſumptione aquæ, per ſacras ejus Reliquias benedictæ, aut per venerandas illius imagines, præſertim

tim eas, quæ prædictas apparitiones repræſentant.

Conſtat quoque è litteris authenticis, teſtimonijsq; fide digniſſimis, poſt promulgatum in Hiſpania Apoſtolicum Beatificationis ejus decretum, multiplicatas fuiſſe præfatas in carne ejus ſacrarum Imaginum apparitiones, & miracula ſeu miraculoſa beneficia B. Patris precibus ac meritis Fidelibus concedi ſolita, Segobiæ potiſſimum, ubi venerabile corpus illius requieſcit.

Miraculis quoque annumeranda videntur ſequentia. Cælica fragrantia frequentiſſimè è ſacris ejus Reliquijs ſeſe diffundens:

Liquor oleo aut balſamo ſimilis è venerando ejus capite manans, ſuaviſſimo etiam fragrans odore:

Sanguis & aqua è pede prodiens, novem poſt ſepulturam menſibus.

Sanguis è vulnere procedens, dum 9. poſt obitum menſibus digitus ei abſcinderetur:

Lux & ſplendor ex ejus tumulo emi-

emicans, & mira complura, quæ circa ejus ſepulchrum, ſacriq́ue corporis illius translationem & incorruptionem acciderunt. Conſtant hæc ex dictis Proceſſibus, aut vitæ ejus Hiſtoria.

Singulari etiam animadverſione & admiratione dignum eſt, quod in ijsdem refertur: videlicet, medicos, præſertim Ubedæ, in morbis humanitùs incurabilibus, ſolitos fuiſſe dicere, ut afferri curarent ſacras Reliquias *B. P. Joannis à Cruce*, aliud namq́ue non ſupereſſe remedium; nec hoc incaſſum: ob prodigioſas curationes, quas hoc præſidio experti ſæpiſſimè fuerant. Ideò quoq́; Doctor Robles, excellentiſſimus medicus Ubedenſis, in ſimilibus occaſionibus, quando ægros ſua cura deſtituebat, gratiosè dicere conſueverat: *vocent P.* Joannem *à Cruce, ipſe novit hujuſmodi curare mala.*

Permulta alia per illum adhuc viventem, & jam defunctum Deus patravit miracula, quorum nulla in præfatis Proceſſibus, aut vitæ ejus Hiſtoria,

ſtoria ſit mentio; quæ ſi deſcribenda eſſent, integro opus foret libro, ut inquit geſtorum ejus ſæpius laudatus Hiſtoriographus R. P. Hieronymus à S. Joſeph, *Lib. 7. vitæ ejus Cap. 19.* qui etiam *Cap. 20. ejuſdem libri,* ait, *Tot in ſola præfata Ubedenſi Urbe, ubi venerandi Corporis ejus pars requieſcit, facta fuiſſe ejus ope, & interceſſione miracula, ut integro volumine complendo abundè ſufficerent.* Imò R. P. Philippus Maria à S. Paulo, ſacrarum Congregationum Indicis & Rituum Romæ Conſultor, in vita ejus ibidem anno 1673. excuſa *Lib. 2. Cap. 17.* affirmat; *quod ſi ſola miracula poſt illius obitum à DEO per ipſum edita, conſcribenda forent, multi repleri poſſint libri.*

Licet autem horũ copia præſtantiaq́; miraculorum, luculenter ſufficienterq́ue demonſtrare nobis videantur, cujus ſit apud divinam Majeſtatem JOANNES noſter meriti, quantumq́ue Chriſti proſit Fidelibus, ejus ſe tutelæ ac patrocinio committere, juvat tamen

men pro hujus Capitis ac Synopſis coronide, vel unicum è multis oculatum expertiſſimumq́; de his teſtem audire. R. P. *Joannes de Reyna* Ord. *B. Mariæ* de Mercede, vir illuſtriſſimus: Baëzæ ab Ordinario examinatus & requiſitus, præmiſſo fide Religioſa ac Sacerdotali juramento, inter alia hæc ad noſtrum nunc propoſitum protulit: [Deum multas & magnas conferre ijs gratias, qui ſanctum *P. Joannem à Cruce*, peculiari devotionis affectu proſequuntur, ipſemet expertus ſum. Cum enim impensè erga illum afficiar, in meum illum aſſumpſi patronum ac tutorem, pro felici in oratione ſacriſq́ue concionibus progreſſu, & manifeſtè experior, quantoperè id mihi conducat. Hoc quoq́; alios Religionis meæ alumnos expertos fuiſſe ſcio, qui in orationis ſpiritu & perfectionis via, ejus præſidio, mirificè profecerunt. Quamobrem in ducem meum illum elegi, cum ipſo frequenter per diem animæ

meæ

meæ negotia communico, ea illi committo, jugiter in me deprehendens perpetuum ejus ſubſidium & eximios ſanctitatis ejus effectus.

Sola ſancti iſtius Patris, aut vitæ virtutumq́; ejus recordatio ſufficit ad animi recollectionem, ac fervorem in oratione mihi conferendum. Nonnunquam cum tentationibus acriter me dæmon impugnat, ſola mentis in illum converſione, aut nominis ejus invocatione, mox me ab eis liberari, atq́ue ad illi reſiſtendum corroborari ſentio; depulſa momento citiùs omni quam diabolus menti offunderat caligine. Hinc conijcio, quantum apud DEUM valeat, cum ſola nominis, aut opis ejus imploratio tanta conferat bona. Hæc tanta ſpiritualium bonorum copia, quibus me cumulari ſentio, è pia in S. Virum devorione, impellit ad cunctis curæ regiminiq́ue meo ſpirituali concreditis, ſuadendum, ut benedictum

hunc

hunc Sanctum piè colant, libros ejus perlegant, in Magiſtrum ipſum ſpiritualem aſſumant, patrocinio ejus ſe committant; quod ego exiſtimo unum è præcipuis efficacioribuſque ad proficiendum in virtute, ſanctimoniaque, medijs ac præſidijs. Nec mea me fallit opinio: cum videam, quæ ipſis inde proveniant commoda.] Hæc Teſtis ille, proprio & alieno edoctus experimento, jurejurando depoſuit: in cujus teſtimonio non pauca, ad B. Patris noſtri commendationem, ponderanda occurrunt; quæ pijs Lectoribus expendenda dimittimus, atque in hunc modum Synopſin hanc, rudi ſtylo exaratam, abſolvimus,

Ad majorem DEI, *ter Optimi, terq; Maximi,* DEIPARÆQUE *Virg. ac B.P.N.* JOANNIS *à Cruce gloriam.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

le 23 janv. fête de la desponsation de la Ste Vierge avec s. Joseph. 1821

amabilité de la Ste Vierge

ô combien vous êtes aimable
Marie, Mere de Dieu
Votre beauté ineffable
~~Ravit~~ ~~les yeux~~ Ravit les anges des lieux
ô aimable jouissance
dans le bonheur souverain,
de vous de Dieu la presence
charment tous les Cours des saints.

2

de la plus douce tendresse
Votre Visage Eclatant
Sur tous qui à vous s'adressent
une sainte joie repand.
ô Vierge, ô douce image
de la bonté de Jesus
Vous nous êtes un tendre gage
pour être ~~d'être~~ son Cour ~~proposé élus~~ reçus.

3.

Vos yeux Sacrés ne respirant
que grace et que charité
et à tous ~~les cœurs~~ ils inspirent.
Confiance En Votre bonté.
Votre bouche ne prononce
que des paroles d'amour
~~Elle~~ Et à tous ~~elle~~ annonçant
votre interet et secour

4.

Votre cœur ne voit sans cesse
En nous que des chers Enfans
et devant Dieu il s'empresse
pour tous pecheurs penitans.
ô Marie, ô tendre mere
En vous je mets mon Espoir
qu'un jour ~~Jesus~~ mon doux Pere
j'aurai le bonheur de voir.

5. ô Dieu qui prit Marie
Mere En vous l'ayant Enfant,
dessus les bras de la vie
Vous receviez ~~...~~ l'alimens
apresent que cette Reine
dans le Royaume des cieux
Vous la Reine souveraine
faites nous par elle heureux